6
12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-116604-p0001-6

Ausg. VII r

Oec I

A. o. 52.

F. C. Steinbach

Lehrerbibliothek
Ver. d. Klostergymnasium

ΗΣΙΟΔΟΥ

ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ
ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕ-
ΡΑΙ.

HESIODI

OPERA ET DIES

VNA CVM DVABVS
PRAEFATIONIBVS AC LVCV
lentißimis Enarrationibus PHIL.
MELANCH. *iam recens*
conſcriptis.

FRANCOFORTI EX OFFICINA
Petri Brubachij Anno M. D. XLVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-116604-p0006-4

PRAEFATIO IN HESIODVM

Philippi Melanthonis,

PRIMA.

VM *de enarrando Hesiodo de liberarẽ, inter cæteras difficultates, quas mihi id negocij suscepturo propositas esse intelligebam, in mẽtem hoc quoq; ueniebat, non defuturos esse, quoniã non ita multò antè is poëta in hac schola luculenter enarratus est, quibus, si relegeretur, fastidiũ repetitio adferret. Video. n. nõ aliter atq; uulgo aiũt, nouas cantiones gratissimas esse, ita uos auidissimè ad eos authores cognoscendos, qui minimè noti ac peruulgati sunt, cõfluere. Quanquã igitur uerebar ut accepturi essetis poëma, quod gratiam nouitatis paulò antè exuit, tamẽ confirmauit me eorũ iudiciũ, de quorũ consilio Hesiodũ enarrãdum suscepi, qui q, eius poëtæ cognitionẽ maximè frugiferã & liberali ingenio dignissimã esse statuebant, sæpe relegendũ esse iudicabãt. Nam cùm magnã utilitatem habeat relectio, & diligẽtius expendãtur et altius introspiciãtur ea quæ retractamus, sunt. n. ut scitis,*

λθτέρα φοντίδες σοφωτέρα, fore arbitra-
bãtur, ut neminẽ pœniteret Heſiodum ex interual
lo reguſtaſſe & propius cognouiſſe, cuius de omni
bus officijs tam honeſta præcepta ſunt, tam multæ
ſententiæ, quæ ad abditas et abſtruſas in natura res
cognoſcendas facunt, ut nunquam de manu depo-
nẽdus uideatur. Nam qui numerat potius quàm lon
gum catalogum authorum audierit, quàm ſuppetat
quid ex quoq; lucrifecerit, is ſciat ſe in ſtudijs infœ-
liciter uerſari. Neq; uerò multum utilitatis adferre
ſcriptor ullus poteſt, ſemel tantum uelut à limine
ſalutatus. Et Heſiodũ ueteres non tantum putârunt
ſemel atq; iterum legẽdum eſſe, ſed ediſcendum o-
mnibus pueris qui liberaliter inſtituebantur, ut Co
lumella teſtatur, proponebant. Ego igitur his cau-
ſis adductus ſum, ut ſuſceperim hunc Poëtam rur-
ſus interpretandum. Sed quoniam cupio uobis etiã
perſuadere utilem operã uos in eo repetendo ſum-
pturos eſſe, aliquanto latius huius mei iudicij ratio
mihi exponẽda eſt, & docere quomodo legere ue-
terum ſcripta cõducat. Qua de re dum dico, quæſo
me diligenter attendite. Nam qui in diſcendo nihil
aliud conſilij habent, niſi ut multa legant, hi mihi
tanquam uia lapſi, toto cœlo errare uidentur.

Proinde ſic ſtatuo, paucos quoſdam eosq; opti-
mos ex illo magno librorũ numero eligendos eſſe,

quibus

quibus à prima pueritia enutriti, omnes eorum sententias, ut digitos ac ungues nostros, teneamus: & sermonem eorũ quàm proximè fieri potest, nostra oratio referat ac redoleat. Animaduerto aũt hanc rationem in reprehensionem quorundam imperitorum, qui uarietate lectionis doctrinæ famam aucupantur, incursuram esse, qui me desidiam iuuentutis nouo quodã Paradoxo alere uociferabuntur, cum audient me uariam & multorum lectionẽ improbare. Ego uerò si quã nouam legẽ nullo authore, sine grauibus testibus ferrem, iure culpandus essem. Neq; enim uel ætas mea, uel eruditio uel authoritas eiusmodi est, ut sumere mihi apud uos præcipientis personam ausim, uerũ ea quæ à doctissimis uiris tradita meminimus, quæq; mediocri harum literarũ, in quibus uersamur, usu cognouimus, in medium afferre officij nostri esse iudicauimus. Horatius ait: Vel si cæcus iter monstrare uelit, tamen aspiciendum esse, si quid moneat quod non sit inutile. Quare uos rogo ne grauatim in tam uarijs opinionibus eorum qui discendi rationem tradunt, & meã sententiã audiatis, cui nisi doctissimorũ hominum testimonia suffragãtur, non postulo ut accedatis: sin autem & locupletissimis testibus fidem fecero, & grauissimis argumentis ostendero, promiscuã illam uariamq; lectionẽ non perinde iuuare studia, ut quidã

existimant, nihil erit opinor, cur mihi quisquã hæc monenti succenseat. Sicut igitur prudentia est certum alicubi domicilium, certam sedem, certos habere lares, ita in studijs necesse est animũ habere certos quosdam authores, ad quos se quacũq; de re disputatio inciderit, referat, quos penitus notos habeat, quosq; de omnibus rebus in consilium adhibeat. Non uacat aũt illi qui in omnibus chartis excutiendis operam sumit, in certis aliquibus scriptis tantisper cõmorari, dum & penitus ea cognouerit, & ita imbiberit, ut planè in suam naturam uerterint. Neq; enim fieri potest, ut ait Xenophon, simul & multa quispiã faciat, eademq; recte omnia: nõ. n. potest se mens intendere in diuersa. Quare cũ aliqua de re aut iudicandum est aut dicendũ, tum demum sudant illi ac sentiunt in tanta copia q̃ sint inopes. Quia enim nullam certã supellectilem habẽt, unde depromant quæ usus poscit, itur ad bibliothecam, quæruntur indices, mutuantur à singulis authoribus sententiolas aliquot, quas cùm in lucem proferunt, quia plerũq; malè cohærent furta illa, nec inter se consentiunt, inuenias pleraq; illa nihil facere πρὸς ἔπος. Neq; uero legere se putet authorẽ is, qui obiter tantum inspexerit ac salutauerit. Nam quemadmodum aiunt, amici sensum deprehendi nõ posse, priusq̃ cum eo multos salis modios ederis: ita

diu

diu multumq; habẽdus est in manibus author, iterũ atq; iterũ euoluendus, dum fiat satis familiariter notus, dũ illius sententiæ, illius uerba sic insideãt tibi, ut cũ opus est, non procul accersenda aut quærẽda sint, sed ultro se tibi offerant. Contrà, quemadmodum immodicus cibus, quia concoqui non potest, in crudos humores degenerat, qui nõ modo non alũt corpus, sed naturalem etiam succum strangulãt: ita cum multa legeris, fortassis fiet ut confusaneã quandam doctrinam tibi compares, sed illa magis hebetabit ac obruet ingenium q̃ perpoliet. Nihil enim certi, non res, non uerba, in tanta uarietate lectionis reliquum tibi facies. Verba undequaq; emendanda erunt, quoties dicere institueris, quorum mira dissimilitudo erit, neq; magis inter se similes sententiæ erunt ex uarijs locis authorum nullo iudicio aut delectu transcriptæ. Deniq; in tota oratione uelut ægri somnijs uanæ fingentur species, ubi non pes non caput uni est. Cùm igitur hæc incõmoda secum afferat illa tumultuaria lectio, quid tandẽ rei est, cur non ingrediamur meliorem aliquam legendi rationẽ? cur non doctissimorum hominũ præceptis obtemperemus? Neq; enim ignota est uobis sententia Plinij præcipientis, ut sui cuiusq; generis authores diligenter eligãtur. Multũ enim, ut ait, legẽdum est, non multa: quod sic accipiendum esse nemo

dubitat, ſæpe multumq; eadem eſſe relegenda, nec eſſe diſtrahendũ animum uarietate authorũ. Idem monet Seneca: Certis. n. ingenijs, inquit, immorari ac innutriri oportet, ſi uelis aliquid trahere quod in animo fideliter ſedeat. Non Delphicum ullũ oraculũ uerius eſſe experiemini, ſi ueſtra ſtudia ad calculos uocabitis, & ratiocinabimini quantum lucri attulerit aliquando unus author ter aut quater relectus, & ad id confretis ea quæ ex multis alijs libellis obiter inſpectis in animo hæſerunt. Intelligetis enim multò uberiores fructus uos ex uno illo libro, q̃ ex reliqua tota bibliotheca percepiſſe. Accedit huc, q̃ ſicut alias artes imitatio docuit, ita in his noſtris ſtudijs, niſi ad aliquod certum exemplar dirigamus animum, nihil efficiemus dignũ laude. Videtis enim eos qui ſculpere, qui pingere, qui canere diſcunt, eligere aliquem magiſtrum, cuius eſſe q̃ ſimillimi ſtudeant. Neq; uerò exigũt hanc diligentiã inferiores artes, & non flagitant eandem hæ maximæ uitæ & regendarum rerum publicarum artes, in quibus uos uerſamini. Non enim ſatis intelligitis quid oneris ſuſtineatis, ſi non cogitatis has literas, ad quas adhibiti eſtis, comparandas eſſe tum ad priuatam uitam rectè inſtituendã, tum ad ciuitates regendas, ad iudicia tenenda, ad religiones conſeruãdas, denicq; ad oẽs uitæ partes gubernandas. Quare

ſi

si aliæ mediocres & tanquam secundæ classis artes percipi non possunt, nisi ad certa exemplaria manus dirigatur, quantò minus has difficiliores consequemur, nisi proposuerimus nobis aliquem ad imitandũ, quem tota mẽte atq; toto animo intueamur, qui regat omnia consilia nostra, uel in dicendo, uel etiam in rebus gerendis. Nonne grauissimus poëta Virgilius, cũ significare uellet quæ esset optima ratio principis ad eximiã uirtutem instituendi, fingit Euandrum adiungere adolescentem filium Aeneæ, & præcipere gnato, ut inde à prima pueritia Aeneam effingere & imitari studeat? Sic. n. ad Aeneã ait cũ illi puerũ cõmẽdat: Sub te tolerare magistro Militiam & graue Martis opus, tua cernere facta Assuescat, primis & te miretur ab annis.

Sensit enim poëta artem illam imperandi, unam omnium longè præstantissimã, nemnem assequi posse, nisi se ad alicuius summi uiri imitationem totum cõponat, cuius dicta, facta, consiliaq; omnia ob oculos posita habeat, ad quæ suum ipse cursum dirigat. Quanquam autem hæ nostræ artes dignitate longè infra bene imperandi scientiam positæ esse existimentur, tamen difficultate illi pares esse nemo dubitare potest, si modo expenderit, quanti negocij sit, tam multarum rerũ cognitionem, præterea mediocrem quãdam facultatẽ dicendi & exponendi,

quæ recta esse perspexeris, parare. Est enim profecto una de difficillimis artibus, uel mediocris eloquentia. Quare si in leuioribus artibus sine imitatione effici nihil potest, eloquentiam ne putabimus nos sine ullo adminiculo consequi posse? Ciceroni non uidetur. Nam apud hunc Antonius ante omnia præcipit, ut eligamus aliquem, cuius nos similes esse uelimus, & summa contentione animi effingamus, atq; imitemur in illo ea quæ maximè excellũt. Quòd si igitur imitatio tantopere necessaria est, nec imitari quenquam possimus, quem non penitus notum habeamus, nõ relinquitur dubium, quin diu legẽdi sint aliquot optimi libelli. Vt enim qui semel oppidum aliquod præteruectus est, non omnes urbis uicos, nõ ciuitatis mores, non hominũ loci eius ingenia statim didicit: ita consilia ac sententias, aut sermonis compositionẽ in authore quem semel percurristi non statim animaduertere potuisti, sed diu in eo commorandum est, si uoles altius introspicere. Iam ut eius aliquam similitudinẽ assequaris, ut eius uerba in promptu habeas cum opus est, ut sermonis compositio non sit illi absimilis, hoc uerò sine perpetua lectione effici non potest. An nõ uidemus pictores cum uultum alicuius depingunt, q̃ sæpe respiciant ad exemplar, quàm contentis oculis omnes lineas contẽplentur? Ita nobis nũquam deiiciendi

ciendi oculi erunt ab eo authore quem perdiſcendum in manus accepimus, quemq; imitandum eſſe aliquo modo duximus. Non diſputo nunc de tota imitãdi ratione, ſed hoc monere tantũ uolui, oportere nos in ſtudijs noſtris habere certas quaſdam ſententias ſemper ob oculos, ex quibus uel de moribus uel de rebus alijs iudiciũ faciamus, & ad quas referamus nos quacunq; de re diſputabimus. Deinde quædam ſtruẽdæ cõponendæq; orationis tenenda forma eſt & character, ſimilis ueteri & purè latino ſermoni, quorum utrunq; deeſt iſtis qui unum hoc ſtudium habẽt per omnes authores graſſandi. Nam cùm ſine delectu omnes ſententias congerãt, non poteſt fieri, ut habeant certas aliquas propoſitas, quas in iudicando ſequantur. Deinde citius tota rerũ natura mutabitur, q̃ fiet ut iuſta orationis ſtructura utantur hi, qui non ad aliquorum ex ueteribus imitationẽ ſeſe contulerint. Itaq; uidemus eorum orationem, qui quanquã multa legerint, tamen in componenda oratione, cum nullam ueterem fõrmam imitantur, perſimilem eſſe mendici pallio, cui paſſim lacerato, omnis generis pãniculi aſſuti ſunt. Nam tota iſtorum oratio ex diſſimilimis & uerbis & ſententijs congeſta, aliás longas habet circunductiones, aliàs abrupta quædam & mutila membra, aliàs obſoletas et ab ultima antiquitate petitas

figuras

figuras, quas non intelligat si reuiuiscat ipsa Euandri mater, aliàs uocabula noua & in media barbarie nata. Porrò cum illa dißimilitudo obscuritatem pariat, & maximum uitium orationis sit obscuritas, quis tale dicendi genus non oderit? quis non fugiendum uelis, ut ita dicam, & remis sentiat? Quæ cum ita sint, quis nõ fateatur satius esse paucos scriptores, sed optimos subinde legere, eosq; familiarißimos nobis facere, quàm tumultuaria lectione per omnia bibliopolia uagari, præsertim cum hoc uitij habeat ea res, ut in multos malos libros opera collocetur, unde uelut contagione aut prauas opiniones, aut corruptum sermonis genus cõtrahas, quæ postea dediscere immensi negocij est, præsertim si statim rude & recens ingenium infecerint. Nam si motus corporis uitiosus, qualem in Alexandro notauerunt, consuetudine duratus, corrigi postea nulla ratione potest, quæ spes est ex animo pernicioßas opiniones cum iam altè radices egerunt, euelli posse, aut emendari sermonis uitia, quorum naturam tibi feceris? Dãda igitur opera est statim, ut optimis imbuamur, et perinde atq; uenena cauẽda sunt & procul arcenda, quæ sunt optimis dißimilia. Habetis mei consilij rationem, cur ut quisque author optimus est, ita sæpe relegẽdum esse existimem, quod quisquis sequendũ sibi esse statuit, is re ipsa

ipſa experietur unam hanc eſſe ad ſolidam erudi=
tionem comparandam uiam, aliorum uerò labori=
bus ac uigilijs fructum minimè reſpondere. Sed cũ
Heſiodum ſemper doctißimi homines plurimi fece
rint, ex eo genere authorum mihi eſſe uiſus eſt, qui
non ſemel tantũ inſpiciendi ſunt. Quare eum, quã=
quam non planè ignotum uobis, relegendũ ſumpſi.
Neq; meum conſilium reprehendetis, opinor, ſi co
gitabitis quãtas utilitates, tametſi exiguus libellus,
adferre queat. Et quia principio in omnibus nego=
cijs conſtituendum eſt, quæ utilitas ex unoquoq; ge
nere laboris petatur, nos quoq; monebimus, quid
expectare ac flagitare commodi ex Heſiodi lectio=
ne debeatis. Eſt enim ex omnibus authoribus uel
uerborum uel rerum ſcientia petenda. Heſiodus au
tem Græcè diſcentibus magnum uocabulorum nu=
merum ſuppeditat. Et quoniam alicubi hilariores
deſcriptiones continet, etiam hi qui latinè diſcunt
ab eo quædam honeſta exempla copioſi ſermonis,
& rationem quandam ornandarum ſententiarum
mutuari poſſunt. Nam & ſi lingua diuerſa ſit, tamẽ
uoluntate Græcis Latini, in diſponenda, amplificã=
da atq; illuſtranda oratione ſimiles ſunt. Itaq; duo
ſummi apud Latinos Poëtæ, Virgilius & Ouidius,
non modo locos eius quoſdam imitati ſunt, ſed mul
tos uerſiculos penè ad uerbũ expreſſerũt, quorum

exempla nos commonefaciũt, quomodo ad noſtros uſus non tantum certi quidam floſculi ex huiuſmodi authoribus decerpẽdi ſint, ſed in omni ſermone, in inueniendo prudentia, in explicando propriẽtas, perſpicuitas, & copia, in diſponendo diligentia imitanda ſit. Sed de hac parte quia ſatis dici, niſi inter enarrandum conferantur latina cum græcis, & omnes figuræ digito oſtendantur, non poteſt, nolo in præſentia longior eſſe, ſed in interpretatione uelut in re præſenti indicabimus, quos locos hinc ſumpſerint ſcriptores latini, et quid imitari quidq; excerpere ipſi debeamus. Etenim tametſi appareat propter utilia præcepta magis quàm propter uerborum ornatum in admiratione hoc poẽma fuiſſe, tamen quantumuis res ſalubres nemo legiſſet, niſi commendationem quandam habuiſſent ex genere ſermonis, & gratiam elegãtia carminis addidiſſet. Neq; profecto uetuſtatem ferre potuiſſet, niſi rerũ grauitati uenuſtiſſimum genus uerborum tanquam illecebras quaſdam adiunxiſſet. Non eſt autem obſcurum quantum amârint Græci hoc carmen, quanta cura adſeruauerint, quia Pauſanias ait ſe uidiſſe in Helicone antiquiſſimum monumentũ plumbeas tabulas, in quibus hoc poẽma ſcriptum fuerit. Sed uenio ad alteram partem, & exponam quid ad rerum ſcientiam lectio eius conducat, in qua profecto

non minus quàm in uerbis elaborandum est. Quis non modo inanis est oratio, nisi res honestas & utiles contineat, sed etiam copiam omnem dicendi rerum scientia genuit. Non dij tantum mali permittãt, ut cadat in eos eloquẽtia, qui nulla uirtutis præcepta, nulla officia, nullas uitæ leges, nullas religiones norunt, quiq; nullam naturalium causarum ac euentuum cognitionem habent. Nam & Horatius eum, qui rerum cognitione non satis instructus est, negat idoneum esse ad scribendum, cum ait: Scribẽdi rectè sapere est, & principium & fons. Et multis uersibus exponit postea, quarum rerum scientiam requirat in eo, qui se disertum perhiberi uelit. Proinde ita inducite animum, ut sentiatis uobis in hoc curriculo studiorum, primum magnã quandam & copiosam uerborum supellectilem parandam esse, ut explicare, cùm de grauibus rebus alij docendi à uobis erunt, cum dignitate res obscuras, eisq; lumen addere possetis: deinde etiam omnium rerum percipiendam doctrinam esse, quæ tum ad nostram uitam rectè instituendam, tum ad orationem illustrandam conducũt. Etenim cùm aut de natura rerum, aut de moribus, aut de religionibus in hac ciuili uitæ consuetudine sæpe docendi sint homines, erit planè ὄνος πρὸς λύραν is, qui quanquã mediocris uerborum copia in numerato sit, tamen

res non satis perspectas & exploratas habet. Neque enim dicere quisquam de re parum nota perspicuè potest, ut & apud Platonẽ Socrates inquit, & sæpe monet Cicero. Et Horatius cũ ait: Verbaq; prouisam rem non inuita sequentur, significauit, fieri non posse ut se ultrò magno numero offerãt uerba, nisi causam bene meditatam habeas. Quod cũ ita sit, non sunt prætermittendi libri, qui de rerum natura aut de moribus præceperunt. Neq; tamen legendi omnes, sed eligendi optimi, quiq; alere eloquẽtiam possint, quia ferè in barbaris scriptoribus nõ tantum sermonis spurcities, sed etiam alia uitia sunt. Pleriq; res quas profitentur nõ satis notas habuerunt, plerisq; ratio docendi defuit, & si rerum peritia non defuerit, qua de re nunc lõgius dici nõ potest. Hesiodi autem prior libellus totus ἠθικὸς est, posterior dum agriculturæ præcepta tradit, ortus & occasus syderum, multaq; alia quæ ad naturam cognoscendam faciunt, complectitur. Requiretis igitur ex priore libello morum præcepta, quoniam nisi certis legibus & sententijs moniti & assuefacti, honesta à turpibus discernere didicerimus, & amplecti ea quæ decent, fugere contraria conemur, rectè institui uita nõ potest. Honestissimæ quæq; grauissimæq; de omnibus officijs sententiæ ob oculos esse positæ debent, ad quas omnes uitæ partes,

partes, uelut ad Cynosurã cursum suum nautæ dirigunt, cõparemus. Sed quoniã Hesiodi præcepta, quibusdam ideo parũ probãtur, quia gentilis homo uidetur aliena & pugnantia cũ nostra religione docuisse, hic error uulgo eximendus est. Quanquam aũt longior est illa disputatio q̃ ut hic explicari tota possit, tamen iudicaui operæpreciũ me facturum esse, si exponerẽ quæ uis sit, quæq; authoritas eorũ præceptorũ, quæ tũ Hesiodus, tum alij multi sapientes & docti uiri cũ animaduertissent, nobis à natura proposita esse, deprehẽsa exposuerũt & in literas retulerunt, ut cõmonefacerent eos, & qui propter infirmitatẽ ingeniorũ aut ætatis, aut etiã consuetudine in tot malis exemplis deprauati, cernere ipsi eadẽ non possent. Proinde sic statuemus, nihilominus diuina præcepta esse ea quæ à sensu cõmuni & naturæ iudicio mutuati docti homines gẽtiles, literis mandârunt, q̃ quæ extãt in ipsis saxeis Mosi tabulis. Est. n. in cõfessò humanæ menti diuinitus insculptas esse quasdã leges de moribus, quales sunt: Neminẽ lædendũ esse, & colẽdos parẽtes, bene merentibus habendã esse gratiã, magistratibus parendum esse, alẽdos & defendendos esse eos, q̃ nostræ fidei cõmissi sunt, pacta seruanda esse. Has cum sani quidã homines deprehensas ostẽderint imperitis, quid est cur nõ & uocemus diuinas leges, & parea

mus eis tanquã diuinæ uoci? Neq; ille ipse cœlestis pater pluris à nobis fieri eas leges uoluit, quas in sa xo scripsit, q̃ quas in ipsos animorum nostrorũ sen sus impressérat, quasq;, ut Paulus ait, in cordib. hõ minũ scripserat, de quibus sic inter se oẽs homines consentiunt, ut nulla tam fera barbaries sit, nulli tã perditè mali, q nõ & sentiãt et fateãtur recta esse, quæ illæ sententiæ præscribunt, quiq; cum non ob temperârunt, non ipsi peccatũ accusent ac damnẽt suũ, quiq; non uereantur numẽ existere aliquod, cui uel si nulli unquam mortales rescisc̃at factũ, pœnas daturi sint. Nulla tam immanis natio est, quæ nõ ta cita maleficos, crudeles, ingratos oderit ac asperne tur, probetq; ea quæ societatẽ inter se generis hu mani deuinciũt. Nam & hos q hospites mactant, q senes patres trucidant, q nullam coniugiorũ fidẽ co lunt, si admoneantur, natura fateri cogit, indigna se hominibus facere. Iã in his qui sibi alicuius flagitij cõscij sunt, cruciatus et terrores tanti mentem exa gitãt, ut adpareat diuinã quandã uim esse quæ ad missi sceleris pudere cogat, quæq; impẽdentis sup plicij metũ incutiat. Sunt igitur in humanis animis certæ de moribus leges, quæ tum priuatã uitam re gunt, tum cõstituere ac tenere respub. iudicia exer cere & societatẽ hominum defendere docuerũt. Et ut fateamur nos diuinitus cõditos esse ac propaga-

ri,

ri, ita dubitare non debemus, quin è cœlo in hãc uitã attulerimus illas uitæ leges, et illos igniculos, qui & ostendunt honesta, & admonẽt semper præesse numẽ, & inspectare omnia hominũ cõsilia ac facta, deq; sceleratis supplicium sumere solere. Paulus alicubi huiusmodi sententias ueritatẽ Dei appellat, cũ uellet significare has opiniones non errore quodã à maiorib. per manus esse traditas, nec temere uel obrepsisse nobis uel in ãis hærere, sed á Deo mentibus nostris infixas esse, ita, ut eiici aut erui nulla ui possint. Ego cùm expẽdo authoritatẽ harũ legũ, et animaduerto q̃ religiose coli eas Deus postulet, cõmoueor profectò, & earum scriptoribus magis capior, agnosco.n. non sine mente, ut ille ait, sine numine diuûm hæc ab illis nobis uiuẽdi præcepta tradita esse. Quare nõ satis intelligunt horũ scriptorũ cõsilia, q̃ nõ perspiciũt unde tot honesta præcepta, tot graues sentẽtiæ manârint. De religiõe aliter docẽt nos Christianæ literæ, sed de ciuilis uitæ cõsuetudine cõmunibus naturæ præceptis parêre nos Christus uoluit Neq; uerò nihil ad Christianũ pertinet ciuilis uitæ cõsuetudo. Nõ sunt igitur prætermittẽda si qua docti et periti hoĩes ea de re monuerunt. Nullius aũt Philosophi cõmẽtarios Hesiodo præferri uelĩ, tãta est et grauitas in docẽdo et simplicitas. Illi sæpe, dũ ad uiuũ oĩa resecare studẽt, dum odiose

rixantur, altercãdo ueritatẽ amittunt. Nam ut alia omittã, pleriq; Philosophorũ Deum ab administratione rerũ submouẽt, negãtq; ei res mortaliũ curæ esse. Neq; animaduertunt ab ipsa natura nos cõmoneri, esse aliquã mentẽ quæ hæc humana regat, bonos seruet, improbos puniat. Melius igitur Hesiodus, qa iusticiæ præceptis flagitiosis grauissimas pœnas interminatur, præmia bonis pollicetur. Venit mihi in mentẽ Luciani, q ut solet per iocũ cum Hesiodo expostulat, cur, cum pollicitus sit se scriptu rum τά τ' ἐοντα ἠδ τὰ ἐσσόμενα, præsentia & futura, nihil tamen prædixerit, nulla rerũ futurarũ uaticinia reliquerit. Ego uerò nõ tam uaticinari dico Chaldæos illos quos uocant, qui prædicunt, uter in alea seu ludo talorũ uicturus sit, aut etiã qui tempestatũ uices præuidẽt, q̃ Hesiodũ ex cõsilijs hominũ exitus et casus coniectantẽ: Ea diuinatio ex certissimis orta causis est, et bono uiro dignissima, quatis & multos alios & Platonẽ usum de Dionysio uidemus, quãdo calamitosum Tyrãnidis exitum prædixit. Neq; aliud prædictionum genus ad uitã utilius est, cui si Nero, si Domitianus & pleriq; alij fidem potius adhibuissent, q̃ uanis promissis ariolorũ, in tantas calamitates non incidissent. Nos uerò cũ Hesiodum audimus cõmemorantem, quæ supplicia improbis impendeant, non humana aliqua, sed diuina

uoce

uoce nos à turpitudinne abſterreri, et ad uirtutẽ colendã inuitari exiſtimemus. Dixi de argumẽto prioris libelli, poſterior ortus & occaſus ſyderũ, et plerag; Φυσικὰ continet. Et quia ſolent in ſcholis quidã technici libelli de natura rerũ proponi, quales ſunt, uel de ſphæra cõmentarius, uel Ariſt. μετέωρα, uel de cœlo, uidetur mihi in his etiã aliqs locus Heſiodo tribuendus eſſe, quia tẽporum uices, ortus ſyderũ, dierũ ſpatia mira diligẽtia annotauit, uideturq; inter primos apud Græcos Aſtronomiã attigiſſe. Nec eius artis contẽnendus author Ariſt. & Plinio uiſus eſt, q aliquoties eius teſtimonium allegant. Eſt aũt cum omniũ naturæ partiũ, tum maximè cœleſtiũ motuũ et ſyderum perliberalis cognitio. Nec mihi iniuria Plato dixiſſe uidetur, non homines, ſed ſuillũ pecus eſſe, quicunq; nullo eius artis ſtudio tenentur. Nemo.n. fuit unquam ſanus homo, qui etiamſi alias artes hominum induſtria excogitatas eſſe iudicaret, nõ uideret tantam eſſe Aſtronomiæ præſtantiam, ut neminem niſi Deum authorem eius & repertorem faciendũ putaret. Itaq; et Manilius Ethnicus ſcriptor negat potuiſſe fieri, ut res tam procul à nobis poſitæ deprehenderẽtur, niſi hominum animis diuinitus monſtratæ eſſent. Sic.n. ait: Quis foret humano conatus pectore tantæ
Inuitis ut Dijs cuperet Deus ipſe uideri?

Sẽsit.n.diuinitatis quandã similitudinẽ esse illarum rerũ noticiã potuisse consequi.Nõ libet aũt hoc tẽpore utilitates huius artis enumerare,sunt.n. propemodũ infinitæ,& quædã ita sunt ob oculos positæ,ut etiã ab indoctis cerni queãt.Cũ igitur Hesiodus graunßimarũ rerũ præcepta cõtineat,et ad mores formãdos & uitã rectè instituendã et ad cognitionẽ rerũ naturaliũ cõducat,qs nõ dignißimũ lectu iudicare queat?Ego uerò etiã sæpe relegẽdũ & ad uerbũ ediscendũ esse cẽseo.An si in excellentib. picturis contẽplãdis nunquã oculi exaturãtur,sed quò diutius in eis hærẽt,cò magis admiratio uidẽdiq; cupiditas crescit,qs.n.nostrũ,quoties in tẽplũ uenit,nõ toties resistit ad eas tabulas, q̃s ibi uel Dũrerus uel noster Lucas posuit,nõ idẽ accidat in egregio poëmate cõsyderãdo?Trũcũ ac caudicẽ illũ profectò dicere nihil uerear,cui satis est semel autiterũ excellẽs et ornatũ carmẽ legisse.Proïde sicut apud Virg.mirabili cupiditate ac lætitia ïtuetur cœlo demißũ clypeũ Aeneas,et argumẽtũ in eo cælatũ diligẽter cõsyderat,cũ q̃dẽ eũ nõ mõ opis uarietas,sed etiã illa rerũ futurarũ præstigia et cõmonẽt et detinẽt,deniq; expleri nequit, atq; oculos per singula uoluit,Miraturq; interq; manus,et brachia uersat. Ita et uos nũquam satietas aut fastidiũ legẽdi Hesiodi capiat,sed in eũ aßiduè oculos defigite,oẽs locos diligentißimè

diligentißimè excutite, & ſententias eius uobis ita familiares facite, ut quoties aliqua de re deliberabitis, in mentẽ uobis illa honeſtißima præcepta ueniant. Multum etiam ſermo ueſter ab illo trãsferat ac mutuetur. Nos quidem quantum in hac ingenij atq; eruditionis mediocritate præſtare poſſumus, dabimus operã, ne quem pœniteat nobis enarrantibus hunc poëtam operam deditſſe. Dixi.

ALIA PRAEFATIO IN HESIODVM PHIlippi Melanthonis.

QVOD *in Plautina fabula hiſtrio præfatur, iuſtam ſe remuenire oratũ & facilẽ, id ego multò rectius hoc in loco præfari poſſum, dum nõ ut ille ioculare adulteriũ in ſcenam adfero, ſed grauißima uitæ præcepta, quoſdam etiam de natura rerum, de ſiderum ortu et occaſu locos. Decreui enim Heſiodi ἔργα νῦ ἡμέρας enarrare. Id ego poëma poſtulo, ut ſumma cura diligentiaq; ſtudeatis cognoſcere. Qua in re, q̃ nihil iniquum aut indignum uobis, aut ab officio alienum flagitem, quanquam uidere uos magna ex parte exiſtimem, exponam tamen mei conſilij rationẽ. Ego ſemper operã*

dedi,ut eos authores uobis proponerem,qui simul & rerum scientiam alerent,& ad parandā sermonis copiam plurimum conducerent. Nam hæ duæ partes cohærent,& sicut Horatius inquit,amicè cõiurârunt,ut altera alterius ope stet ac nitatur: Neq; n.bene dicere quisquã nisi pectus cognitione optimarum rerũ instructũ habeat potest:& rerum sciẽtia manca est,si lumen orationis adhibere non possimus. Et ut ad certa syderа nautæ cursum omnẽ dirigunt,ita in his nostris studijs huc omnia referẽda sunt,ut ad scientiã rectè de moribus deq; natura rerum iudicãdi & explicandi res grauiores, mediocrem quandam facultatẽ nobis paremus, utilẽ uerò ad utrunq; Hesiodũ,quanquam rustici authorẽ carminis Quintilianus esse iudicauit. Prior operis pars tota ἠθικὴ est,continens uitæ ac morũ leges, profuturas uobis ad consuetudinẽ uitæ, & ad iudicandũ de cõmunibus humanitatis officijs,nã de religione non dico. Quòd si putamus Iurisconsultorũ cõmentarios aut Philosophorũ disputationes discẽdas esse,ut in ciuilibus negocijs facilius prospicere possimus,quid æquum,quid iniquũ sit,& ex istorũ literis colligẽdæ esse simulachra iusticiæ, æquitatis aut aliarũ uirtutum censemus, iuuet eadem ab hoc poëta petere, ex quo permulta mutuati sunt illi ipsi legum scriptores & Philosophi. Et est quædã

ex

ex fontibus illa, si possis haurire uoluptas, nam quã quã sapor est, ut ait Ouidius, oblata dulcis in unda,

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Et magis adducto pomum decerpere ramo,

Quàm de cælata sumere lance iuuat.

Nam & reliqui scriptores, qui morũ præcepta & leges tradidere, propter infantiã & sermonis inopiã uim uirtutis ac formã germanã non potuerunt nobis ob oculos ponere. At Hesiodus expressam quandã imaginẽ uiuis illustratã coloribus, nec adscititio uitiatã fuco, planéq; talem qualis Apellis color, in tabulis spectandũ exhibet. Porrò ut Architecti tenẽt in animo inclusas certas formas ædificiorum, quas imitentur in ædificando, & ut insidet in mente pictoris species pulchritudinis eximia quædam, quã intuens in eáq; defixus ad illius similitudinem artem & manũ dirigit: ita & nos oportet formam quandã uirtutis animo insculpere, quam contẽplemur, & in consilium adhibeamus, quoties de moribus déq; hominum officijs iudicabimus, id ita fiet, si optimorũ authorum præcepta diligẽter cognouerimus, & ex illis certã quandã omniũ officiorum rationẽ collegerimus. Et ut ferunt Zeuxem cũ Helenam Crotoniatis pingere decreuisset, ex omni numero uirginũ eius urbis quinq; delegisse, ad quarum exemplum Helenã pingeret, ita ex lectissimis

authoribus debemus certã rationẽ uirtutis excerpere, quæ consilia omnia nostra regat & gubernet. Mihi aũt in primis ad eam rem utilis Hesiodus uidetur, quia inter gnomologos scriptores citra controuersiam principẽ locũ tenet. Neq; n. nuda præcepta tradit, sed aliàs in Encomijs uirtutis, aliàs in insectandis uitijs cõmoratur, et quod officiosissimũ est, ad absterrendos animos hominum à turpitudine, grauiter et religiose docet, diuinitus bonos præmia pro benefactis ferre, improbos scelerũ suorum pœnas luere. Animaduertit. n prudentissimus uir, natura nos duci ut statuamus numine quodam hæc mortalia gubernari, esseq; Deum iniuriæ ultorem, & bonorũ adsertorẽ, itaq; multò grauius de moribus præcipit Hesiodus, q̃ Philosophi ulli, qui ceu gigãtes in fabulis cœlũ excindere conati, Deũ ab administratione rerũ submouẽt, & religione animos hominũ liberant. Diogenes dicebat Harpalum, qui prædo fœlix illis tẽporibus habebatur, cõtra Deos testimoniũ dicere, q, in illa fortuna tam diu uiueret: quãtò φιλοσοφώτερον Hesiodus docet prope adesse Deos hominibus ac uidere malefacta nostra. Vos quæso ametis hoc poëma, & familiare uobis faciatis, quod quidem diuinum esse, uel hoc argumento sit, q, ferunt Hesiodo pastori calamos à Musis datos esse, quibus iã afflatus cecinit hæc præcepta.

Apparet

Apparet ex Cicerone solitos olim sic pueros edisce re, ut certas preculas nostri pueri docẽtur. Et Græci tãti fecere, ut in Helicone adseruârint in plumbo descriptũ poëma. Hactenus de prima Hesiodici carminis parte, posterior magna ex parte φυσικὴ est, de natura terræ ac frugũ, de tẽpestatibus, de syderũ motibus, quarũ rerũ perliberalis & iucunda cognitio est. Nã cũ hominũ caussa, & ad usus nostros, hæc rerum natura condita & fabricata sit, flagitiũ est nolle totius pulcherrimã ædificij rationẽ contẽplari, præsertim cum ea cognitio plurimum momẽti adferat ad ualetudinẽ conseruandam, & ad pleras q; alias uitæ partes regendas. Quis est tam ferreus, quẽ si in Theatro sedeat, cum ludi fiũt, nõ alî quãdo incessat spectãdi cupido? et cum nullũ spectaculũ, nulli ludi, plus uoluptatis aut utilitatis adferre spectatori possunt, q̃ hæc naturæ uarietas, mihi rectius uiua cadauera q̃ homines uidentur appellãdi, hi qui neq; mentẽ, neq; oculos ad naturæ consyderationẽ conuertũt. Postremo ad parandã scientiã bene dicẽdi, nõ parũ cõfert Hesiodus, nã lectis uerbis utitur, quæ tẽpestiuè usurpata, et oratiõi dignitatẽ adferunt, et sciẽtiæ pondus addunt. Quantũ putas accedit oratiõi grauitatis hac auxesi penè Tragica, cùm reges ποιμένας λαῶν appellat? q̃ grata cõpositio est χειροδίκαι? Sunt hoc genus sexcentæ

figuræ,quas nõ libet hîc enumerare,ne quid amit-
tãt gratiæ ex integra oratione uelut à corpore mẽ
bra auulsa. Quid de tota orationis structura deq;
sententiarũ figuris dicemus? quæ tantopere probã
tur Fabio,ut huic decernat in mediocri genere di-
cendi palmã,& princeps Latinorũ poëtarũ Virg.
& Ouidius lectißimos locos in suã operã transtu-
lerint,iudicârintq; non leue ornamentũ inde acce
dere suis poëmatis. Reddet haud dubiè & nostram
orationẽ locupletiorẽ & uberiorẽ,nec malè collo-
cabit operã,si quis ad Græcũ exemplar,ea quæ no-
stri inde excerpserunt,contulerit,nam ita utriusq;
linguæ proprietas certius deprehendetur, & figu
ræ uerborũ et sentẽtiarũ animaduersæ clarius cer
nentur. Profuerit etiã si locũ aliquẽ floridiorẽ tuo
marte Latinis uersib. exposueris, quæ exercitatio
dici non potest,quantũ acuat iudiciũ, quantũ item
ad alendã sermonis copiã,& comparandã scientiã
explicandi res obscuras faciat. Sed hæc inter enar-
randũ obiter monebimus. Quærat aliqs,quid hæc
tota ratio discẽdi ad pietatẽ conducat? est in prom-
ptu quid respondeã,ad immutandã mentem,imbu
endãq; religione nihil cõducit,nam id efficit cæle-
stis spiritus per sacrũ sermonẽ,sed ad cognoscendũ
sermonẽ sacrarum literarũ Græcis literis opus est:
deinde ut de sermone rectius iudicemus, & ut do-

gmata

gmatareligiõis enarrare et explicare quoties poſ-
cit hoc publicus uſus,poßimus,uariè ſubigendũ eſt
ingeniũ,et omnibus diſciplimis excolendũ.Nam ut
neglectis filix innaſcitur agris, ita in ingenijs nuſi
repurgentur elegantiore literatura, uelut inutiles
herbæ natæ uim mentis omnem ſtrangulant & ene
cãt,ne aut peruidere res obſcuras,aut publicare,et
in apertã lucẽ proferre queant. Magna quædã uir-
tus eſt eloquentia,et ut ille in Tragœdia dixit rerũ
domina,quo de obſcuris rebus ordine ac dilucidẽ
dicamus,ea nemini ſine magno uſu earũ artiũ, quæ
humanitatis appellatione continentur,uariáq; ex-
ercitatione contingit.Hæc mea ratio eſt,cur has ar
tes profuturas etiã ſtudijs religionis exiſtimẽ, qua
de re nõ dicã hic longius ne uidear Λὶς κράμβην
quod dicunt adferre,cùm aliàs hãc cauſam egerim.
Vos aũt,quantum poſſum,hortor,ut quemadmodũ
initio dixi, cõſtituatis ipſi uobiſcũ,quem fructũ ex
ſtudijs petere uos cõueniat,& ut eã rationẽ ſtudio
rum ingrediamini, unde plurimũ utilitatis ad uos
priuatim & ad Rempub.redit.Eſt aliquid quo ten
dis,inquit Perſius,& in quod dirigis arcũ,An paſ-
ſim coruos ſequeris teſtáq; lutéq;:Securus quò pes
ferat atq; ex tẽpore uiuis.Ita mihi multi poſtq̃ bo-
nam uitæ partẽ in ſtudijs conſumpſerint,nondũ ex
pendiſſe uidẽtur quid agant,aut qua in re collocent

laborẽ, quam messem à studijs expectẽt, ea uerò nõ simplex insania est, fitq; ut dũ diu didicere, nihilo certius de religione deq; alijs rebus iudicẽt, q̃ uulgus, & si quãdo Respub. uocẽ uel consiliũ eorũ flagitat, tũ uerò magis muti sunt q̃ pisces. Verũ ut uiator primũ constituet quò habeat iter, ita uobis in studijs ante omnia erat de fructu studiorũ deliberandum, postea ineũda ratio cõpendiaria peragẽdæ fabulæ. Ita cognoscẽdi legendiq; sunt scriptores oẽs, ut de religiõe deq; natura teneamus certũ quiddã, quod promamus, quoties usus uitæ poscit, & paranda est copia sermõis, qua possis, cũ aliqua res cõtro uertitur, explicare animi sensa. Hunc putate scopũ studiorum uestrorũ propositũ esse ad quem omnes cogitationes animorũ uestrorum dirigatis. Dixi.

OCCASIO POETAE SCRIbendi, & argumenta librorum.

CVM *in enarrandis authoribus cõsilium Scriptoris, & argumentũ operis in primis obseruari debeat, uideamus nos quoq; quo consilio hoc poëma ab Hesiodo cõscriptum sit. Apparet uerò Hesiodũ suis populis, apud quos uixit, hoc poëma cõposuisse, ut uidelicet illis, rectè uiuendo, rationem aliquã, & tanquam leges ciuilioris*

ciuilioris & honestioris uitæ præscriberet. In primo. n. libro hortatur ad iusticiam colendã, traditq; præcepta ad uitam præclarè instituẽdam, utilia & necessaria. In secundo aũt libro agriculturæ rationem describit, & monet esse laborãdum. Nam ociũ sæpe multorum malorum caussa existere solet, & uix fieri potest, ut ocioſi ab iniurijs abstineant. Itaq; non tantum iusticiæ, sed etiam laborandi præcepta tradenda existimauit Hesiodus. Est uerò ibi complexus pulcherrimam temporis descriptionem, & totius ferè anni dimensionẽ. Multa Physica & Astronomica, de tẽpestatibus, de ortu & occasu syderum, alijsq; rebus dignißimis cognitione adiunxit, quæ quidem omnia imitatus est Virgilius in Geor. Atq; ob hanc caussam non uulgare operæ precium eos esse facturos arbitror, q quæ hoc loco apud Hesiodũ traduntur, diligẽter cũ Virg. locis cõtulerint.

Traduntur aũt hæc, nõ eam tantum ob caussam ut arandi atq; serẽdi idonea tempora noscamus & obseruemus, uerumetiã, quia propter multa ciuilia officia certam anni & temporum descriptionem tenere oportet. Porrò Hesiodus uidetur occasionem scribendi huius operis accepisse à fratris sui Persæ iniurijs, à quo in diuisiõe hæreditatis suæ fuerat defraudatus. Itaq; sub istius persona omnes ad æquitatem & iusticiam hortatur. Sic enim inquit.

ὦ Πέρση, σὺ δὴ ταῦτα μὴ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.
Καί νυ λίκης ἐπάκουσε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμ-
παν.

Βίην δὴ ἀνθρώπῳσι &c.

Et alibi.

ὦ βασιλῆες, ὑμεῖς δὲ καταφράζεσθε καὶ αὐτοὶ
τήνδε δίκην. ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
ἀθάνατοι λεύσσουσι &c.

Cæterum, fuit poëta Heſiodus ſacerdos templi Muſarum in Helicone monte Bœotiæ, & in Aſcra pago, ſito ad radicem eius montis, uixit. Scribit aũt Pauſanias, ſuis temporibus Aſcræ nihil niſi unã quandam turrim extitiſſe, ſeq; Heſiodi opera inſculpta in plumbo in Helicone uidiſſe. Item fuit poſterior Homero centũ annis Heſiodus, ut ſcripſit Suidas, nec Ciceroni improbatur fuiſſe poſteriorẽ. Totum opus παραινετικὸν eſt & morale, præſertim in primo libro. Et ſoliti erant Græci hunc Poëtam ediſcere, quemadmodũ pueri noſtri certas preces ediſcunt. Quare æquum, ut ſtudioſa iuuentus, cum propter linguæ cognitionẽ, tum ciuilia præcepta, ad uitam præclarè inſtituendam, cùm primis utilia & neceſſaria, hunc Poëtam maximè amet, diligentiſſimè legat ediſcatq;.

FINIS.

ΗΣΙΟΔΟΥ

ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ ΕΡΓΑ ΚΑΙ ἡμέραι.

ΟΥΣΑΙ πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι.
δεῦτε δ' ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι.

ΟΝΤΕ σε βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς, ἄφατοί τε φατοί τε
ῥηΐτ' ἄρρηΐτε, νύσσ μεγάλοιο ἔκητι.
ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δ' ἠβριάοντα χαλέπτει.
ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἄέξει,
ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιόν, καὶ ἀγήνορα κάρφει,
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.
κλῦθι ἰδὼν αἰῶνα, δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας
τύνη, ἐγὼ δέ κε Πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην.

οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ παῖσαν
εἰσὶ δύω. τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας·
ἣ δ' ἐπιμωμητή, ἣ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.
ἣ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει,

Σχετλίη, οὔτις τήν γε φιλεῖ βροτός, ἀλλ' ὑπ' ἀνά-
Ἀθανάτων βουλῇσιν ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν. (γκης
Hanc autem alteram priorem equidem egenuit
Τὴν δ' ἑτέρην, προτέρην μὲν ἐπείναρ νὺξ ἐρεβεννή.
habitans, habito
Θῆκε δέ μιν κρονίδης ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων
terrae inhonoribus
Γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι, τὸν ἀνδράσι πολλὸν ἀμείνω.
Ἠτε καὶ ἀπάλαμνόν περ ὁμῶς καὶ ἔργον ἐγείρει.
Εἰς ἕτερον γὰρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων,
Πλούσιον, ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμμεναι, ἠδὲ φυτεύειν,
Οἶκόν τ' εὖ θέσθαι, ζηλοῖ δέ τε πείρονα γείτων
Εἰς ἄφενον σπεύδοντ', ἀγαθή δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, τέκτονι τέκτων.
mendicus mendici invidet et cantor cantori
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, ἀοιδὸς ἀοιδῷ.
o perse tu vero haec tuo in pone animo
Ὦ πέρση, σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ.
neque ubi contentio malis gaudens animum tineat
Μὴ δέ σ' ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι
spectantem fori auditorem existentem
Νείκε' ὀπιπτεύοντ' ἀγορῆς ἐπακουὸν ἐόντα.
Ὥρη γάρ τ' ὀλίγη πέλετο νεικέων τ' ἀγορέων τε,
no
Ὅτινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται
Ὡραῖος, τὸν γαῖα φέρει δημήτερος ἀκτήν.
Τοῦ κεκορεσσάμενος, νείκεα τε δῆριν ὀφέλλοις

Κτήμασ' ἐπ' ἀλλοτρίοις. σοί δ' οὐκ ἔτι δεύτερον ἔσται
Ὧδ' ἔρδειν. ἀλλ' αὖθι δ' ἀκρινώμεθα νεῖκος
Ἰθείῃσι δίκαις, αἵτ' ἐκ διός εἰσιν ἄρισται.
Ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεθ' ἄλλα τε πολλὰ
Ἁρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
Δωροφάγους. οἳ τήνδε δίκην ἐθέλουσι δικᾶσαι.
Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ πάντος,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλαχῇ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.
Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.
Ῥηϊδίως γάρ κεν τοῦ ἐπ' ἤματι ἐργάσαιο,
Ὥστε σέκ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα.
Αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο,
Ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο, καὶ ἡμιόνων τε λαεργῶν.
Ἀλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε χολωσάμενος φρεσὶν ᾗσιν,
Ὅττι μιν ἐξαπάτησε προμηθεὺς ἀγκυλομήτης.
Τοὔνεκ' ἄρ' ἀνθρώποισιν ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Κρύψε δὲ πῦρ, τοὶ μὲν αὖθις ἐὺς πάϊς ἰαπετοῖο
Ἔκλεψ' ἀνθρώποισι διὸς πρὰ μητιόεντος

Εν κοίλῳ νάρθηκι, λαθὼν δία τερπικέραυνον.
Τόντε χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα ζεύς.
Ιαπετιονίδη πάντων πέρι μήδεα εἰδὼς,
Χαίρεις πῦρ κλέψας; ἢ ἐμὰς φένας ἠπροπεύσας;
Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα ἢ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι,
Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν, ᾧκεν ἅπαντες
Τέρπονται κατὰ θυμὸν, ἑὸν κακὸν ἀμφαιαπῶντες.
Ως ἔφατ', ἐκ δ' ἐγέλασε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Ηφαιστον δ' ἐκέλευσε περικλυτὸν, ὅττι τάχιστα
Γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν,
Καὶ σθένος. ἀθανάτῃς δὲ θεῇς εἰς ὦπα ἐΐσκειν
Παρθενικαῖς, καλὸν εἶδος, ἐπήρατον. αὐτὰρ ἀθήνην
Εργα διδασκῆσαι πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν.
Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσὴν ἀφροδίτην.
Καὶ πόθον ἀργαλέον, καὶ γυιοκόρους μελεδῶνας.
Εν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Ερμείην ἤνωγε διάκτορον ἀργειφόντην.
Ως ἔφατ'. οἱ δ' ἐπιθοντο διϊκρονίωνι ἄνακτι.
Αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸς ἀμφιγυήεις.

Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον, κρονίδεω διὰ βουλάς.
Ζῶσε δὲ ϛ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη.
Αμφὶ δέ οἱ χάριτές τε θεαὶ ϛ πότνια πειθὼ
Ορμοὺς χρυσείους ἔθεσαν χροΐ. ἀμφὶ δὲ τήνγε
Ωραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.
Πάντα δέ οἱ χροΐ κόσμον ἐφήρμοσε παλλὰς ἀθήνη.
Ενδ' ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος ἀργειφόντης
Ψεύδεα θ' αἱμυλίους τε λόγους ϛ ἐπίκλοπον ἦθος
Τεῦξε, διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου. ἐν δ' ἄρα φωνὴν
Θῆκε θεῶν κῆρυξ, ὀνόμῃνε δὲ τήνδε γυναῖκα
Πανδώρην, ὅτι πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δῶρον ἐδώρησαν, πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δόλον αἰπὺν ἀμήχανον ἐξετέλεσσεν
Εἰς ἐπιμηθέα πέμπε πατὴρ κλυτὸν ἀργειφόντην
Δῶρον ἄγοντα θεῶν ταχὺν ἄγγελον. οὐδ' ἐπιμηθεὺς
Εφράσαθ' ὡς οἱ ἔειπε προμηθεὺς, μήποτε δῶρον
Δέξασθι πὰρ Ζηνὸς ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν
Εξοπίσω, μήπου τι κακὸν θνητοῖσι γένηται.

Αὐτὰρ ὃ δεξάμενος ὅτε δὴ κακὸν εἶχ' ἐνόησε.
Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
Νόσφιν ἄτερ κακῶν τε ἄτερ χαλεπῖο πόνοιο,
Νούσων τ' ἀργαλέων, αἵτ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν.
Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ κατατηράσκουσι.
Αλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέτα πῶμ' ἀφελοῦσα
Εσκέδασ', ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Μούνη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι
Ενδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε
Εξέπτη. πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο
Αἰγιόχου βουλῇσι διὸς νεφεληγερέταο.
Αλλὰ ἡ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται.
Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.
Νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ, ἠδ' ἠὲ νυκτὶ
Αὐτόματοι φοιτῶσι κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι
Σιγῇ, ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητιέτα ζεύς.
Οὕτως οὔ τι πῃ ἐστὶ διὸς νόον ἐξαλέασθαι.
Εἰ δ' ἐθέλεις, ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω

Εὖ τε

Εὖ τε ἰωθισταμένως, σὺ δ' ἐνὶ φεσὶ βάλλεο σῇσιν,
Ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι.
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθάνατοι πρίησαν ὀλύμπια, δώματ' ἔχοντες.
Οἱ μὲν ἰωθὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν.
Ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
Νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος, οὐδέ τι δειλὸν
Γῆρας ἐπῆν, αἰεὶ δὲ πόδας τε χεῖρας ὅμοιοι
Τέρποντ' ἐν θαλίῃσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων.
Θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι, ἐσθλὰ δὲ πάντα
Τοῖσιν ἔην. καρπόν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη, πολλόν τε τε ἄφθονον. οἵ δ' ἐθελημοὶ
Ἡσυχοι ἔργα νέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν.
Αὐτὰρ ἐπεί κεν τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
Ἐσθλοὶ, ἰωθὶ χθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας τε σχέτλια ἔργα
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,

Πλουτοδότειρ. καὶ τῶν γέρας βασιλήϊον ἔχον.
Δεύτερον αὖτε γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
Ἀργύρεον ποίησαν, ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον, οὔτε νόημα.
Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα πὰρ μητέρι κεδνῇ
Ἐφέφετ' ἀτάλλων μέγα νήπιος ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.
Ἀλλ' ὅτ' ἀβήσειε, καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
Παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον ἄλγε' ἔχοντα
Ἀφραδίας. ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο
Ἀλλήλων ἀπέχειν, οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν
Ἤθελον, οὐδ' ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς
Ἣ θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα. τοὺς μὲν ἔπειτα
Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε χολούμενος, οὕνεκα τιμὰς
Οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσι θεοῖς, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
Αὖτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
Τοὶ μὲν δὴ ὑποχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται
Δεύτεροι. ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ.
Ζεὺς ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων ἀνθρώπων
Χάλκεον

Χάλκειον ποίησ' οὐκ ἀργυρῷ οὐδὲν ὁμοῖον,
Εκ μελιᾶν, δεινόν τε ϙ ὄμβριμον, οἷσιν ἄρηος
Εργ' ἔμελε στονόεντα ϙ ὕβριες. οὐδέ τι σῖτον
Ησθιον. ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφονα θυμὸν,
Απλαστοι. μεγάλη δὲ βίη, ϙ χεῖρες ἄαπτοι,
Εξ ὤμων ἐπέφυκον ὑπὸ στιβαροῖς μελέεσσιν.
Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι.
Χαλκῷ δ' ἐργάζοντο. μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.
Καὶ τοὶ μὲν χείρεσσιν ὑπὸ σφετέρῃσι δαμεῖντες
Βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ ἀΐδαο,
Νώνυμοι. θάνατος δὲ καὶ ἐκπαίτλους περ ἐόντας
Εἷλε μέλας. λαμπρόν δ' ἔλιπεν φάος ἠελίοιο.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κ' οὖν γενὸς κατὰ γαῖα κάλυψε,
Αὖθις ἔτ' ἄλλο τέτ δρον ὑπὸ χθονὶ πυλυβοτείρῃ
Ζεὺς κρονίδης πρίησε δικαιότερον ϙ ἄρειον
Ανδρῶν ἡρώων θεῖον γενὸς. οἳ καλέονται
Ημίθεοι, προτέρῃ· ἐνεῇ κατ' ἀπείρονα γαῖαν.
Καὶ τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς ϙ φύλοπις αἰνὴ,

Τοὺς μὲν, ἐφ' ἑπτὰ πύλῳ θήβῃ καθμηΐδι χαίῃ
Ὤλεσε μαρναμένους μήλων ἕνεκ' οἰδιπόδαο.
Τοὺς δὲ καὶ ἐν νήεσσιν ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης
Εἰς Τροίην ἀγαγὼν, ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο,
Ενθ' ἤτοι μὲν θανάτου τέλος ἀμφεκάλυψε.
Τοῖς δὲ δίχ' ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσας
Ζεὺς κρονίδης κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα χαίης.
Καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκήδεα θυμὸν ἔχοντες
Εν μακάρων νήσοισι, παρ' ὠκεανὸν βαθυδίνην
Ολβιοι ἥρωες. τοῖσι μελιηδέα καρπὸν
Τρὶς τοῦ ἔτους θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ανδράσιν. ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι.
Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον. οὐδέποτ' ἦμαρ
Παύσοντι καμάτου καὶ ὀϊζύος, οὐδέ τι νύκτως
Φθειρόμενοι. χαλεπὰς δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας.
Αλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι μεμίξετι ἐσθλὰ κακοῖσιν.
Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων.

Εὖτ'

Εὖ τ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν.
Οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίϊος, οὐδέ τι παῖδες,
Οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ ϛ ἑταῖρος ἑταίρῳ.
Οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσετ' ὡς τὸ πάρος περ.
Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.
Μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεπῖς βάζοντες ἐπέσσι
Σχέτλιοι, οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες, οὐδέ μὲν οἵγε
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν.
Χειροδίκαι. ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει.
Οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσετ', οὔτε δικαίου,
Οὔτ' ἀγαθοῦ. μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα ϛ ὕβριν
Ἀνέρα τιμήσουσι δίκη δ' ἐν χερσὶ ϛ αἰδὼς
Οὐκ ἔσται βλάψει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα
Μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων. ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖτ'.
Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν
Αὐσκέλαδος, κακόχαρτος, ὁμηρτήσει συγερώπης.
Καὶ τότε δὴ πρὸς ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
Λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν,

Αθανάτων μετὰ φῦλον ἴτην πολιπόντ' ἀνθρώπους,
Αἰδὼς τε νέμεσις. τὰ δὲ λείψεται ἄλγεα λυγρὰ
Θνητοῖς ἀνθρώποισι. κακοῦ δ' οὐκ ἔσσετι ἀλκή.

Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω φονέουσι τε αὐτοῖς.
Ὡδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον,
Ὑψιμάλ' ἐν νεφέεσσι φέρων ὀνύχεσσι μεμαρπώς.
Ἡδ' ἐλεὸν γναμπτοῖσι πεπερμένη ἀμφ' ὀνύχεσσι,
Μύρετο. τήν δ' ὅγ' ἐπικρατέως πρὸς μῦθον ἔειπε.
Δαιμονίη τί λέλακας; ἔχει νύσε πολλὸν ἀρείων.
Τῇ δ' εἶς, ἧς σ' ἂν ἐγώ περ ἄγω, τε ἀοιδὸν ἐοῦσαν,
Δεῖπνον δ', αἴκ' ἐθέλω, ποιήσομαι, ἠὲ μεθήσω.
Ἀφῶν δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν,
Νίκης τε στέρετι, πρὸς τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.
Ὡς ἔφατ' ὠκυπέτης ἴρηξ τανυσίπτερος ὄρνις.
Ὦ Πέρση, σὺ δ' ἄκουε δίκης, μήδ' ὕβριν ὄφελλε.
Ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸς
Ῥηϊδίως φερέμεν δύνατι, βαρύθει δέ θ' ὑπ' αὐτῆς,
Εγκύρτας ἄτῃσιν. ὁδὸς δ' ἑτέρηται πρὸ ἐλθεῖν

Κρείσσων

Κρείσσων ἐς τὰ δίκαια. δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει,
Ἐς τέλος ἐξελθοῦσα. παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.
Αὐτίκα γὰρ φέρει ὅρκος ἅμα σκολίῃσι δίκῃσιν.
Τῆς δὲ δίκης ῥόθος ἑλκομένης ἧ κ' ἄνδρες ἄγωσι
Δωροφάγοι. σκολιαῖς δὲ δίκαις κρίνωσι θέμιστας.
Ἡ δ' ἕπεται κλαίουσα πόλιν τε καὶ ἤθεα λαῶν
Ἠέρα ἑσσαμένη, κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα,
Οἵ δέ τέ μιν ἐξελάουσι καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν.
Οἵ δὲ δίκας ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι διδοῦσι
Ἰθείας, καὶ μή τι παρεκβαίνουσι δικαίου.
Τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ,
Εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος, οὐδέ ποτ' αὐτοῖς
Ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρετο εὐρύοπα Ζεὺς,
Οὐδέ ποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὁπηδεῖ.
Οὐδ' ἄτη, θαλίῃς δὲ μεμηλότα ἔργα νέμοντο.
Τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον. οὔρεσι δὲ δρῦς
Ἀκρημένη τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.
Εἰροπόκοι δ' ὄϊες μαλλοῖς καταβεβρίθασι.

Τίκτουσι

Τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν.
Θαλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι δίκαμ πρὲς, οὐδ' ἐς νηῶν
Νείσσονται. μαρπὴν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
Οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε κακὴ τε σχέτλια ἔργα,
Τοῖς δὲ δίκην κρονίδης τεκμαίρετο εὐρυόπα ζεὺς.
Πολλάκι ἡ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ
Ὅστις ἀλιτραίνει, τε ἀτάσθαλα μηχανάαται.
Τοῖσι δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα κρονίσον,
Λιμὸν ὁμοῦ τε λοιμὸν. ἀποφθινύθουσι δὲ λαοὶ
Οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσι, μινύθουσι δὲ οἴκοι
Ζηνὸς φαδμοσύνῃσι ὀλυμπίου. ἄλλοτε δ' αὖτε
Ἡ τῶν τε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν, ἢ ὅγε τεῖχος,
Ἡ νέας ἐν πόντῳ κρονίδης ἀποτίννυται αὐτῶν.
Ὦ βασιλεῖς. ὑμεῖς δὲ κατα φαίζεσθε τε αὐτοὶ
Τήνδε δίκην. ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
Ἀθάναται λεύσουσιν, ὅσοι σκολιῇσι δίκῃσι
Ἀλλήλους τρίβουσι θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες

Τρίς

Τρὶς δὲ μύριοι εἰσὶν ἐν χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἀθάνατοι ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
Οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα
Ἠέρα ἑσσαμένοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ δίκη διὸς ἐκγεγαῖα,
Κήδνη τ' αἰδοίη τε θεοῖς, οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν.
Καί ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
Αὐτίκα πὰρ διὶ πατρὶ καθεζομένη κρονίωνι,
Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων. οἳ λυγρὰ νοεῦντες
Ἄλλῃ παρκλίνουσι δίκας σκολιῶς ἐνέποντες
Ταῦτα φυλασσόμενοι βασιλῆες ἰθύνετε μύθους
Δωροφάγοι, σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπάγχυ λαθέσθε.
Οἱ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων.
Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
Πάντα ἰδὼν διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας.
Καὶ νῦ τάδ' αἴ κ' ἐθέλησ' ἰνθιδέρκεται, οὐδὲ ἑ
λήθει.

Οἵην δὲ τὴν δὲ δίκην πόλις ἐνδὲς ἐέργει.
Νῦν δὲ ἐγὼ μήτ' αὐδὲς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
Εἴην, μήτ' ἐμὸς υἱὸς, ἐπεὶ κακὸν ἄνδρα δίκαιον
Εμμεναι, εἰ μείζω γε δίκην ἀδικώτερος ἕξει.
Ἀλλὰ τάδ' οὔπω ἔολπα τελεῖν διατερπικέραυνον.
Ὠπέρση, σὺ δὲ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
Καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν,
Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε κρονίων,
Ἰχθύσι μὲν τὸ θηρσὶ τὸ οἰωνοῖς πετεεινοῖς
Εσθειν ἀλλήλους. ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς.
Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
Γίνετρ. εἰ γάρ τις κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν
Γινώσκων, τῷ μὲν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα ζεύς.
Ὃς δέ κε μὴ τυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
Ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάψας, νήκεστον ἀάσθη.
Τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται.
Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.
Σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω μέγα νήπιε Πέρση.

Τὴν

Τὴν μὲν τοι κακότητα ⊂ ἰλαδὸν ἐστὶν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως. ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μαλλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς ὀπρῶτον. ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπὴ περ ἐοῦσα.
Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει
Φρασσάμενος, τάκ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἦσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.
Ἀλλὰ σύγ' ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφεῖμῆς.
Ἐργάζευ Πέρση δῖον γένος, ὄφά σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δέ σ' ἐϋστέφανος Δημήτηρ
Αἰδοίη, βιόγου δὲ τεὴν πίμπλησι καλιήν.
Λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί.
Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι ⊂ ἀνέρευ, ὅσκεν ἀεργὸς
Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὁρμήν.

Οἵτε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ
Εσθοντες, σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔστω μέτρια κοσμεῖν,
Ως κέτοι ὡραίου βιότου πλήθωσι καλιαί.
Εξ ἔργων δ' ἄνδρες πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε.
Καί τ' ἐργαζόμενος πολὺ φίλτερος ἀθανάτοισιν
Εσσεαι, ἠδὲ βροτοῖς μάλα τε στυγέουσιν ἀεργούς.
Εργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.
Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει κἀεργὸς
Πλουτεῦντα, πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ,
Δαίμονι δ' οἷος ἔησθα, τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον,
Εἴ κεν ἀπ' ἀλλοτρίων κτεάνων ἀεσίφονα θυμὸν
Εἰς ἔργον τρέψας, μελετᾷς βίου ὥς σε κελεύω.
Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει,
Αἰδὼς, ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι.
Αἰδὼς τοι πρὸς ἀνολβίῃ, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ.
Χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτὰ θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.
Εἰ γάρτις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὄλβον ἕληται,
Ἠ ὅγ' ἀπὸ γλώσσης λήσεται οἷά τε πολλά

γίνετε,

Γίνεται, εὖτ' ἂν δὴ κέρδος νόον ἐξαπατήσῃ
Ἀνθρώπων; αἰδὼ δέ τ' ἀναιδείη καταπάζῃ,
Ῥεῖά τε μὶν μαυροῦσι θεοὶ, μινύθουσι δὲ οἶκοι
Ἀνέρι τῷ, παῦρον δέ τ' ἣ χρόνον ὄλβος ὀπηδεῖ,
Ἴσον δ' ὅσ θ' ἱκέτην, ὅσ τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει.
Ὅς τε κασιγνήτοιο ἑοῦ ἀνὰ δέμνια βαίνοι,
Κρυπταδίης εὐνῆς ἀλόχου πρακαίρια ῥέζων,
Ὅς τε τεῦ ἀφαδίης ἀλιταίνετε ὄρφανα τέκνα,
Ὅς τε γονῆα γέροντα κακῷ ἣ γήρας οὐδῷ
Νεικείη, χαλεπῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν,
Τῷ δή τοι ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δὲ τελευτὴν
Ἔργων αὖτ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.
Ἀλλὰ σὺ τῶν μὲν πάμπαν ἔσργ' ἀεσίφονα θυμὸν,
Καδ δύναμιν δ' ἔρδειν ἱερ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Ἁγνῶς τε καθαρῶς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν,
Ἄλλοτε δὴ σπονδῇσι θυέεσσί τε ἱλάσκεσθε,
Ἠμὲν ὅτ' εὐνάζῃ, ἠ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ.
Ὡσκέτοι ἵλαον κραδίην τε θυμὸν ἔχωσιν,

Οφ' ἄλλων ὠνῇ κλῆρον, μὴ δὲν τεὸν ἄλλος.
Τὸν φιλέοντ' ἣς δαῖτα καλεῖν, δὲν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι,
Τόνδε μάλιστα καλεῖν, ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει.
Εἰ γάρ τι καὶ χρῆμα ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.
Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
Εμμορέ τοι τι μῆς ὅς τ' ἔμμορε πείτονος ἐσθλοῦ.
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ πείτων κακὸς εἴη.
Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ πείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι,
Ὡς ἂν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.
Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.
Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι,
Καὶ δόμεν ὅσκεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅσκεν μὴ δῷ.
Δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔ τις ἔδωκεν.
Δὼς ἀγαθὴ, ἅρπαξ δὲ κακὴ, θανάτοιο δότειρα.
Ος μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων, ὅπε κἂν μέγα δώῃ
Χαίρει τῷ δώρῳ, καὶ τέρπετ' ὃν κατὰ θυμόν.

Ος δέκεν

Ος δέκεν ἀυδὴς ἕληται, ἀναιδείῃσι πιθήσας.
Καί τε σμικρὸν ἐὸν, τότ' ἐπάχνωσε φίλον ἦτορ.
Εἰ γάρ κεν σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο,
Καὶ θαμὰ τοιθ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα κ' ἐγένοιτο,
Ος δ' ἐπ' ἔοντι φέρει, ὅδ' ἀλύξεται αἴθοπα λιμόν.
Οὐδὲ τόγ' εἰν οἴκῳ κατακείμενον ἀνέρα κήδει,
Οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν δ' θύρηφι.
Εσθλὸν μὲν πρέοντος ἑλέσθαι, πῆμα δὲ θυμῷ
Χρηΐζειν ἀπέοντος, ἅ σε φάλξεσθε ἄνωγα.
Αρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι.
Μεσσόθι φείδεσθαι, δεινὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.
Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.
Καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.
Πίστεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.
Μὴ δὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω
Αἱμύλα κοτίλλουσα, τεὴν διφῶσα καλιήν.
Ος δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιτό τε φιλήτῃσι.
Μουνογενὴς δὲ πάϊς σώζοι πατρώϊον οἶκον

Φερβέμεν, ὣς γὰρ πλοῦτος ἀέξετε ἐν μεγάροισι,
Γηραιὸς δὲ θάνοις ἕτερον παῖδ' ἐγκαταλείπων.
Ῥεῖα δέκεν πλεόνεσσι πόροι ζεὺς ἄσπερον ὄλβον.
Πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐν θήκη.
Σοὶ δ' εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδεται ἐν φεσὶν ἧσι
Ὧδ' ἔρδειν, ἔργον δέτ' ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθε.

ΗΜΕΡΑΙ.

Πληϊάδων Ατλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Αρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.
Αἳ δὴ τοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα
Κεκρύφαται, αὖτις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
Φαίνοντε, τὰ πρῶτα χαρασσομένοιο σιδήρου.
Οὗτός τοι πεδίων πέλετε νόμος, ὅιτε θαλάσσης
Εγγύθι ναιετάουσ', ὅιτ' ἄγκεα βησσήεντα,
Πόντου κυμαίνοντος ἀπόπροθι πιόνα χῶρον

Ναίουσι.

Ναίοις γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,
Γυμνὸν δ' ἀμᾶσθαι, εἴ χ' ὥρια πάντ' ἐθέλησθα
Εργα κομίζεσθαι Δημήτερος, ὥς τοι ἕκαστα
Ὠρι' ἀέξηται, μήπως τὰ μεταξὺ χατίζων
Πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους, τὸ μηδὲν ἀνύσσῃς.
Ὡς τὸ νῦν ἐπ' ἐμ' ἦλθες, ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐδώσω,
Οὐδ' ἐπιμετρήσω, ἐργάζευ νήπιε Πέρση
Εργα, τάτ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο.
Μήτοτε σὺν παίδεσσι γυναικί τε θυμὸν ἀχεύων
Ζητεύῃς βίοτον κατὰ γείτονας, οἵ δ' ἀμελῶσιν.
Δὶς μὲν γὰρ ἢ τρὶς τάχα τεύξεαι. ἢν δ' ἔτι λυπῇς,
Χρῆμα μὲν οὐ πρήξεις, σὺ δ' ἐτώσια πόλλ' ἀγορεύ-
Αχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων νόμος, ἀλλά σ' ἄνωγα (σεις.
Φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν, λιμοῦ τ' ἀλεωρήν.
Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναικά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,
Κτητὴν οὐ γαμετὴν, ἥτις καὶ βουσὶν ἕπριτο,
Χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι,
Μὴ σὺ μὲν αἰτῇς ἄλλον, ὅ δ' ἀρνῆται, σὺ δὲ τητᾷ,

Ἡ δ' ὥρη πραμείβητε μινύθῃ δέ τοι ἔργον.
Μὴ δ' ἀναβάλλεσθε ἔς τ' αὔριον ἔς τ' ἔννηφιν.
Οὐ γὰρ ἐτωσιοεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιὴν,
Οὐδ' ἀναβαλλόμενος, μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει.
Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει.
Ἡμῶς δὴ λήγει μεγέω ὀξέος ἠελίοιο
Κούματος ἰδαλίμου, μετοπωρινὸν ὀμβρίσαντος
Ζηνὸς ἐριωθενέος, μετὰ δὲ στρέπετε βρότεος χρὼς
Πολλὸν ἐλαφότερος, δὴ γὰρ τότε Σείριος ἀστὴρ.
Βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηριτρεφέων ἀνθρώπων
Ἔρχετε ἡμάτιος, πλεῖον δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ.
Ἡμος ἄδηκτοτάτη πέλεται τμηθεῖσα σιδήρῳ
Ὕλη. φύλλα δ' ἔραζε χέει πτόρθοιό τε λήγει,
Τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον.
Ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν,
Ἄξονα θ' ἑπτὰ πόδην. μάλα γὰρ νύτοι ἄρμενος οὕτω.
Εἰ δέ κεν ὀκτὰ πόδην ἀπὸ καὶ σφύραν κε τάμοιο,
Τρισπίθαμον δ' ἄψιν τάμνειν δεκαδώρῳ ἁμάξῃ

Πόλλ'

Πόλλ' ἂν καμπύλα κᾶλα, φέρειν ἢ ζύην ὅτ' ἂν εὕρῃς.
Εἰς οἶκον κατ' ὄρος δι' ἡμένος ἢ κατ' ἄρουραν
Πρίνινον. ὃς γὰρ βουσὶν ἀροῦν ὀχυρώτατός ἐστιν.
Εὖτ' ἂν ἀθηναίης δμῶος ἐν ἐλύματι πήξας
Γόμφοισιν πελαίσας προσαρήρεται ἱστοβοῆϊ.
Δο ἀδὲ θέσθαι ἄροτρα πονησάμενος κατὰ οἶκον
Αὐτόγυον ἐν πυκεῖν, ἐπεὶ πολὺ λώϊον οὕτω.
Εἴ χ' ἕτερον γ' ἄξαις ἕτερον γ' ἐνθὶ βουσὶ βάλοιο,
Δαίφνης δ' ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἱστοβοῆες
Δρυὸς ἔλυμα πρίνου γύην. βόε δ' ἐνναετήρω
Αρσενε κεκτῆσθαι. τῶν ἢ σθένος οὐκ ἀλαπαδνὸν
Ηβης μέτρον ἔχοντε, τὼ ἐργάζεσθαι ἀρίστω
Οὐκ ἂν τώγ' ἐρίσαντες ἐν αὔλακι καμμὲν ἄροτρον
Αξειαν, τόδ' ἔργον ἐτώσιον ἄνθι λίπριεν.
Τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακοντα ἐτὴς αἰζηὸς ἔποιτο
Αρτον δειπνήσας τετράτρυφον ὀκτάβλωμον
Ος κ' ἔργου μελετῶν ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνοι
Μηκέτι παπταίνων μθ' ὁμήλικας, ἀλλ' ἂν ἔργῳ

Θυμὸν ἔχων, τοῦ δ' οὔ τι νεώτερος ἄλλος ἀμείνων
Σπέρματα δάσασθαι, καὶ ἐπιστοριήν ἀλέασθαι.
Κουρότερος γὰρ ἀνὴρ μεθ' ὁμήλικας ἐπτοίηται.
Φραίζεσθαι δ' εὖτ' ἂν φωνὴν γεράνου ἐπακούσῃς
Ὑψόθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκληγυίης
Ἠτ' ἄροτοιό τε σῆμα φέρει, καὶ χείματος ὥρην
Δεικνύει ὀμβρηνοῦ, κραδίην δ' ἔδακ' ἀνδρὸς ἀβούτεω,
Δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας βόας ἔνδον ἐόντας.
Ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν, βόε δὸς καὶ ἄμαξαν.
Ῥηΐδιον δ' ἀπανήνασθαι, πάρα δ' ἔργα βόεσσιν.
Φησὶ δ' ἀνὴρ φρένας ἀφνειὸς πήξασθαι ἄμαξαν
Νήπιος, οὐ δὴ τόγ' οἶδ', ἑκατὸν δέ τε δούρατ' ἀμάξης
Τῶν πρόσθεν μελέτην ἐχέμεν οἰκήϊα θέσθαι.
Εὖτ' ἂν δὴ πρώτιστ' ἄροτος θνητοῖσι φανείη
Δὴ τότ' ἐφορμηθῆναι ὁμῶς δμῶές τε καὶ αὐτὸς
Αὔην καὶ δισσὴν ἀρόων ἀρότοιο καθ' ὥρην.
Προϊμάλα σπεύδων, ἵνα τοι πλήθωσιν ἄρουραι.
Εἴαρι πολεῖν, θέρεος δὲ νεωμένη οὔσ' ἀπατήσει,

Νειὸν

Νειὸν δὲ σπείρειν ἔτι κουφίζουσαν ἄρουραν.
Νειὸς ἀλεξιάρη, παίδων εὐκηλήτειρα.
Εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ δημήτερι θ' ἁγνῇ,
Εκτελέα βρίθειν δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν,
Αρχόμενος τα πρῶτ' ἀρότρου, ὅταν ἄκρον ἐχέτλης
Χειρὶ λαβὼν ὅρπικα βοῶν ἐς νῶτον ἵκηαι,
Ενδρυον ἑλκόντων μεσάβῳ, ὁ δὲ τυτθὸς ὄπισθεν
Δμῶος ἔχων μακέλην, πόνον ὀρνίθεσσι τιθείη,
Σπέρματα κακκρύπτων. εὐθυμοσύνη γὰρ ἀρίστη
Θνητοῖς ἀνθρώποις, κακοθυμοσύνη δὲ κακίστη.
Ωδέ κεν ἁδροσύνῃ στάχυες νεύοιεν ἔραζε.
Εἰ τέλος αὐτὸς ὄπισθεν ὀλύμπιος ἐσθλὸν ὀπάζοι.
Εκ δ' ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια, καί σ' ἔολπα
Γηθήσειν βιότοιο ἐρεύμενον ἔνδον ἐόντος.
Εὐοχέων δ' ἵξεαι πολιὸν ἔτι, οὐδὲ πρὸς ἄλλους
Αὐγάσεαι, σέο δ' ἄλλος ἀνὴρ κεχρημένος ἔσται.
Εἰ δέκεν ἠελίοιο τροπῆς ἀρόῃς χθόνα δῖαν
Ημενος ἀμήσεις ὀλίγον περὶ χειρὸς ἐέργων,

Αντία δεσμεύων κεκονιμένος οὐ μάλα χαίρων,
Οἴσεις δ' ἐν φορμῷ, παῦροι δέ σε θηήσονται.
Αλλοτε δ' ἀλλοῖος ζηνὸς νόος αἰγιόχοιο.
Αργαλέος δ' ἄνδρεσσι κατὰ θνητοῖσι νοῆσαι.
Εἰ δέ κεν ὄψ' ἀρόσῃς, τόδε κέν τοι φάρμακον εἴη,
Ημος κόκκυξ κοκκύζει δρυὸς ἐν πετάλοισι,
Τοπρῶτον τέρπει τε βροτοὺς ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.
Τῆμος ζεὺς ὕοι τρίτῳ ἤματι μήδ' ἀτελήσοι.
Μήτ' ἄρ ὑπερβάλλων βοὸς ὁπλὴν μήτ' ἀτελείπων
Οὕτω κ' ὀψαρότης προσπηρότῃ ἰσοφαρίζει.
Εν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο, μὴ δέ σε λήθοι,
Μήτ' ἔαρ γινόμενον τελιὸν, μήθ' ὥριος ὄμβρος.
Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον καὶ ἐπ' ἀλέα λέχην
Ωρῃ χειμερίῃ ὁπότε κρύος ἀνέρας εἴργον
Ιχάνει, ἔνθα κ' ἄοκνος ἀνὴρ μέγαν οἶκον ὀφέλλει.
Μή σε κακοῦ χειμῶνος ἀμηχανίη καταμάρψῃ
Σὺν πενίῃ, λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζοις.
Πολλὰ δ' ἀστρὸς ἀνὴρ κενεὴν ἧς ἐλπίδα μίμνων.

Χρηΐζων

Χρηΐζων βιότοιο, κακὰ πρόσελέξατο θυμῷ.
Ελπὶς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει,
Ημενον ἐν λέσχῃ, τῷ μὴ βίος ἄρκιος εἴη.
Δείκνυε δὲ δμώεσσι θέρευς ἔτι μέσσου ἐόντος
Οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, πριεῖσθε καλιάς.
Μῆνα δὲ ληναιῶνα κακ' ἤματα βούδορα πάντα,
Τοῦτον ἀλεύασθαι καὶ πηγάδας, αἵτ' ἐπὶ γαῖαν,
Πνεύσαντος βορέαο δυσηλεγέσσι τελεθῶσι,
Οστε διὰ θρήκης ἱπποτρόφου εὐρέϊ πόντῳ
Εμπνεύσας ὤρινε, μέμυκε δὲ γαῖα τε ὕλη.
Πολλὰς δὲ δρῦς ὑψικόμους ἐλάτας τε παχείας
Οὔρεος ἐν βήσσῃς πιλνᾷ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Εμπίπτων, τε πᾶσα βοᾷ τότε νήριτος ὕλη,
Τῶν τε λάχνῃ δέρμα κατάσκιον. ἀλλάνυ καὶ τῶν
Θῆρες δὲ φίσσουσ', οὐρὰς δ' ὑπὸ μέζε' ἔθεντο.
Τυχρὸς ἐὼν διάησι δασυστέρνων περ ἐόντων,
Καί τε δὲ ῥινοῦ βοὸς ἔρχεται, οὐδέ μιν ἴσχει.
Καί τε δι' αἶγα ἄησι τανύτριχα, πώεα δ' οὔτι

Οὕνεκ' ἐπηετανὰι τρίχες αὐτῶν, οὐ δνάησιν
Ις ἀνέμου βορέαο, τροχαλὸν δὲ γέροντα τίθησι.
Καὶ δὲ τὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος οὐ δνάησιν,
Ητε δόμων ἐντόσθι φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει,
Οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Αφοδίτης,
Εὖ τε λοεσσαμένη τέρενα χρόα, καὶ λίπ' ἐλαίῳ
Χρισαμένη, νυχίη κατα λέξεται ἔνδοθεν οἴκου.
Ηματι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει,
Εν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ καὶ ἐν ἤθεσι λευγαλέοισιν.
Οὐ γὰρ οἱ ἠέλιος δείκνυ νομὸν ὁρμηθῆναι,
Αλλ' ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε
Στρωφᾶται, βράδιον δὲ πανελλήνεσσι φαείνει.
Καὶ τότε δὴ κεραοὶ καὶ νήκεροι ὑληκοῖται
Λυγρὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρύα βησσήεντα
Φεύγουσιν, καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ θεῦτο μέμηλεν,
Οἳ σκέπα μαιόμενοι πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχουσι
Καὶ γλάφυ πετρῆεν, τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι.
Οὔ τ' ἐπὶ νῶτα ἔαγε κάρη δ' εἰς οὖδας ὁρᾶται.

Τῷ ἴκελοι φοιτῶσιν ἀλευόμενοι νίφα λευκήν.
Καὶ τότε ἕσσασθε ἔρυμα χροὸς, ὥς σε κελεύω,
Χλαῖνάν τε μαλακὴν, ἢ τερμιόεντα χιτῶνα.
Στήμονι δ' ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα μηρύσασθε.
Τὴν περιέσσασθε, ἵνα τοι τρίχες ἀτρεμέωσι.
Μὴ δ' ὀρθαὶ φρίσσουσιν ἀειρόμεναι κατὰ σῶμα.
Ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο
Ἀρμένα δήσασθε, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας.
Πρωτογόνων δ' ἐρίφων, ὁπόταν κρύος ὥριον ἔλθοι
Δέρματα συῤῥάπτειν νεύρῳ βοὸς, ὄφ' ἰνθὶ νώτῳ
Τετὸν ἀμφιβάλῃ ἀλεὴν, κεφαλῇφι δ' ὕπερθεν.
Πῖλον ἔχειν ἀσκηθὲν, ἵν' οὔατα μὴ καταδεύῃ.
Τυχρὴ γάρ τ' ἠὼς πέλετε βορέαο πεσόντος.
Ἠῶος δ' ἐπιταῖαν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστεροέντος
Ἀὴρ πυροφόρος τέτατε μακάρων ἠδ' ἔργοις,
Ὅς τε ἀρυσάμενος ποταμῶν ἀπὸ αἰὲν ναόντων,
Τψοῦ ὑπὲρ γαίης ἀρθεὶς ἀνέμοιο θυέλλῃ.
Ἄλλοτε μὲν θ' ὕει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησι

Πυκνὰ θρηϊκίου βορέου νέφεα κλονέοντος.
Τὸν φθάμενος ἔργα τελέσας οἶκον δὲ νέεσθαι.
Μή πτέ σ' οὐρανόθεν σκοτόεν νέφος ἀμφικαλύψῃ.
Χρῶτά τε μηδαλέον θείῃ, κατά θ' εἵματα δεύσῃ.
Ἀλλ' ὑπαλεύασθαι μεὶς γὰρ χαλεπώτατος οὗτος
Χειμέριος χαλετὸς περ βάτοις, χαλετὸς δ' ἀνθρώ-
Τῆμος θ' ὥμισιν βουσὶν τῶν δ' ἀνέρι τοῦ πλέον εἴη (πρὶς
Ἀρμαλιῆς, μακραὶ γὰρ ἐπίῤῥοθοι εὐφόναι εἰσί.
Ταῦτα φυλασσόμενος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτὸν
Ἰσοῦσθαι νύκτας τε καὶ ἤματα εἰσόκεν αὖθις
Γῆ πάντων μήτηρ μαρτὸν σύμμικτον ἐνείκῃ.
Εὖτ' ἂν ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
Χειμέρι' ἐκτελέσῃ ζεὺς ἤματα, δή ῥα τότ' ὀστὴρ
Ἀρκτοῦρος περλιπὼν ἱερὸν ῥόον ὠκεανοῖο
Πρῶτον παμφαίνων τῆς τέλλεται ἀκροκνέφαιος.
Τόν δὲ μετ' ὀρθρογόη πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν,
Ἐς φάος ἀνθρώποις ἔαρος νέον ἱσταμένοιο.
Τὴν φθάμενος, οἴνας περιταμνέμεν, ὡς καὶ ἄμεινον.

Αλλ' ὁπόταν φερέοικος ἀπὸ χθονὸς ἂν φυτὰ βαίνῃ
Πληϊάδας φεύγων, τότε δὴ σκάφος οὐκέτι οἰνέων,
Αλλ' ἅρπας τε χαρασσέμεναι, καὶ δμῶας ἐγείρειν.
Φεύγειν δὲ σκιεροὺς θώκους, καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον,
Ωρῃ ἐν ἀμητοῦ, ὅτε τ' ἠέλιος χρόα κάρφῃ,
Τημοῦτος σπεύδειν, καὶ οἴκαδε καρπὸν ἀγείρειν,
Ορθρου ἀνιστάμενος, ἵνα τοι βίος ἄρκιος εἴη.
Ηὼς γάρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν,
Ηώς τοι προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργου.
Ηὼς, ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθου
Ανθρώπους, πολλοῖσι δ' ἐπὶ ζυγὰ βουσὶ τίθησιν.
Ημος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ
Δενδρέῳ ἐφεζόμενος, λιγυρὴν κατα χεύετ' ἀοιδὴν
Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
Τῆμος πιόταταί τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος,
Μαχλότατοι δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες
Εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει.
Αὐαλέος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος. ἀλλὰ τότ' ἤδη

Εἴη πεστραίη τε σκιὴ καὶ βίβλινος οἶνος,
Μάζα τ' ἀμολγαίη, γάλα τ' αἰγῶν σπεννυμενάων,
Καὶ βοὸς ὑλοφάγοιο κρέας, μήπω τετοκύιης.
Πρωτογόνων τ' ἐρίφων, ἣς δ' αἴθοπα πινέμεν οἶνον
Εν σκιῇ ἑζόμενον, κεκορημένον ἦτορ ἐδωδῆς,
Αντίον εὐκράεος ἀνέμου τρέψαντα πρόσωπον.
Κρήνης τ' ἀενάου καὶ ἀπερρύτου, ἥ τ' ἀθόλωτος,
Τρὶς ὕδατος προχέειν, ὃ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου.
Δμῶσι δ' ἐποτρύνειν δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν
Δινέμεν, εὖτ' ἂν πρῶτα φανῇ σθένος Ωρίωνος,
Χώρῳ ἐν εὐαέϊ καὶ εὐτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ.
Μέτρῳ δ' εὐκομίσασθαι ἐν ἄγγεσιν. αὐτὰρ ἐπὴν δὴ
Πάντα βίον κατάθηαι ἐπάρμενον ἔνδοθεν οἴκου,
Οἷ τ' ἄοικον ποιεῖσθαι, καὶ ἄτεκνον ἔριθον
Δίζεσθαι κέλομαι. χαλεπὴ δ' ὑπόπορτις ἔριθος.
Καὶ κύνα κοῦ χαρόδοντα κομεῖν, μὴ φείδεο σίτου,
Μὴ ποτέ σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήμαθ' ἕλητι.
Χόρτον δ' ἐσκομίσαι καὶ συφερεῖν, ὄφα τοι εἴη

Βουσὶ καὶ

Βουσὶ ϛ ἡμιόνοισιν ἐπηετανόν. αὐτὰρ ἔπειτα
Δμῶας ἀναψύξαι φίλα γούνατα, καὶ βόε λῦσαι.
Εὖτ' ἂν δ' Ὠρίων ϛ Σείριος ἐς μέσον ἔλθῃ
Οὐρανὸν, Αρκτοῦρον δ' εἰσίδῃ ῥοδοδάκτυλος ἠὼς
Ω Πέρση, τότε πάντας ἀπόδρεπε οἴκαδε βότρυς.
Δεῖξαι δ' ἠελίῳ δέκα ἤματα καὶ δέκα νύκτας.
Πέντε δὲ συσκιᾶσαι, ἕκτῳ δ' εἰς ἄγχε' ἀφῦσαι,
Δῶρα Διωνύσου πολυληθέος. αὐτὰρ ἐπὴν δὴ
Πληϊάδες δ' ὑάδες τε τό, τε σθενὸς ὠρίωνος
Δύνωσιν, τότ' ἔπειτ' ἀρότου μεμνημενὸς εἶναι
Ωραίου. πλειὼν δὲ κατὰ χθονὸς ἄρμενος εἴη.
Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσπεμφέλου ἵμερος αἱρῇ,
Εὖτ' ἂν πληϊάδες σθενὸς ὄμβριμον ὠρίωνος
Φεύγουσαι, πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἀῆται.
Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.
Γῆν δ' ἐργάζεσθαι μεμνημενὸς, ὥς σε κελεύω.
Νῆα δ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι, πυκάσαι τε λίθοισι

Πάντοθεν, ὄφ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων,
Χείμῳδον ἐξερύσας, ἵνα μὴ πύθῃ Διὸς ὄμβρος.
Ὅπλα δ' ἐπάρμενα πάντα τεῷ ἐνὶ κάτθεο οἴκῳ,
Εὐκόσμως στολίσας νηὸς πτερὰ πόντο πόροιο.
Πηδάλιον δ' εὐεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι,
Αὐτὸς δ' ὡραῖον μίμνειν πλόον εἰσόκεν ἔλθῃ.
Καὶ τότε νῆα θοὴν ἅλα δ' ἑλκέμεν, ἐν δέ τε φόρτον
Ἄρμενον ἐντύνασθαι, ἵν' οἴκαδε κέρδος ἄρηαι.
Ὡς περ ἐμός τε πατὴρ ὁ σὸς μέγα νήπιε Πέρση
Πλωΐζεσκε νηυσὶ βίου κεχρημένος ἐσθλοῦ.
Ὅς ποτε ὁ τῇ δ' ἦλθε πολὺν δὴ πόντον κνύσας
Κύμην αἰολίδα πολιπὼν, ἐν νηῒ μελαίνῃ.
Οὐκ ἄφενος φεύγων, οὐδὲ πλοῦτόν τε καὶ ὄλβον,
Ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν Ζεὺς ἄνδρεσσι δίδωσι.
Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἀσκρῇ, χεῖμα κακῇ, θέρει δ' ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ'
Τύνη δ' ὦ Πέρση ἔργον μεμνημένος εἶναι (ἐσθλῇ.
Ὡραίων πάντων, περὶ ναυτιλίης δὲ μάλιστα.

Νῆ' ὀλί-

Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθε.
Μείζων μὲν φόρτος, μεῖζον δ' ἐνθὶ κέρδεϊ κέρδος
Εσσεται, εἴκ' ἄνεμοί γε κακὰς ἀπέχωσιν ἀήτας.
Εὖτ' ἂν ἐπ' ἐμπορίην τρέψας ἀεσίφονα θυμὸν,
Βούλῃαι ἢ χρέα τε προφυγεῖν, ἢ λιμὸν ἀτερπῆ,
Δείξω δέ τοι μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
Οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένος, οὔτε τι νηῶν,
Οὐ γὰρ πώποτε νηΐ γ' ἐπ' ἔπλων εὐρέα πόντον,
Εἰ μὴ εἰς εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος, ἧ ποτ' Αχαιοὶ
Μείναντες χειμῶνα πολὺν σὺν λαὸν ἄγειραν
Ελλάδος ἐξ ἱερῆς, Τροίην ἐς καλλιγύναικα.
Ενθάδ' ἐγὼν ἐπ' ἄεθλα δαΐφονος ἀμφιδάμαντος,
Χαλκίδα τ' εἰσεπέρησα, τὰ δὴ προπεφαδμένα πολ-
Αθλ' ἔθεσαν παῖδες μεγαλήτορες, ἔνθα με φημὶ (λὰ
Υμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίπεδ' ὠτώεντα.
Τὸν μὲν ἐγὼ μούσῃς ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα,
Ενθα με τοπρῶτον λιγυρῆς ἐπέβησαν ἀοιδῆς.
Τόσσον τοι νηῶν γε πεπείραμαι πολυγόμφων.

Ἀλλὰ τῶ ὣς ἐρέω ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο.
Μοῦσαι γάρ μ' ἐδίδαξαν ἀθέσφατον ὕμνον ἀείδειν·
Ἤματα πεντήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο,
Εἰς τέλος ἐλθόντος θέρεος καματώδεος ὥρης,
Ὡραῖος πέλετ' θνητοῖς πλόος, οὔ τέ κε νῆα
Καυάξαις, οὔτ' ἄνδρας ἀποφθήσειε θάλασσα,
Εἰ μὴ δὴ πρόφων γε ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Ἢ ζεὺς ἀθανάτων βασιλεὺς ἐθέλησιν ὀλέσσαι.
Ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε.
Τῆμος δ' εὐκρινέεσ τ' αὖραι καὶ πόντος ἀπήμων
Εὔκηλος. τότε νῆα θοὴν ἀνέμοισι πιθήσας
Ἑλκέμεν ἐς πόντον, φόρτον δ' εὖ πάντα τίθεσθαι.
Σπεύδειν δ' ὅτι τάχιστα πάλιν οἶκον δὲ νέεσθαι.
Μὴ δὲ μένειν οἶνόν τε νέον καὶ ὀπωρινὸν ὄμβρον,
Καὶ χειμῶν' ἐπιόντα, νότοιό τε δεινὰς ἀήτας,
Ὅς τ' ὤρινε θάλασσαν ὁμοῦ τήσας Διὸς ὄμβρῳ
Πολλῷ ὀπωρινῷ, χαλεπὸν δέ τε πόντον ἔθηκεν.
Ἄλλος δ' εἰαρινὸς πέλετ' πλόος ἀνθρώποισιν,

Ἦμος

Ημος δὴ τὸ πρῶτον ὅσον τ' ἰνθιβᾶσα κορώνη
Ιχνος ἐπείησεν, τόσσον πέταλ' ἀνδρὶ φανείη,
Εν κράδῃ ἀκροτάτῃ, τότε δ' ἄμβατός ἐστι θάλασσα,
Εἰαρινὸς δ' οὗτος πέλεται πλόος, οὔ μιν ἔγωγε
Αἴνημ', οὐ γὰρ ἐμῷ θυμῷ κεχαρισμένος ἐστὶν
Αρπακτὸς, χαλεπῶς κε φύγοις κακὸν. ἀλλά νυ καὶ
Ανθρωποι ῥέζουσιν ἀϊδρείῃσι νόοιο. (τὰ
Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.
Δεινὸν δ' ἐστὶ θανεῖν μετὰ κύμασιν, ἀλλά σ' ἄνωγα
Φράζεσθαι τάδε πάντα μετὰ φρεσὶν, ὥς σ' ἀγορεύω.
Μήδ' ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσθαι,
Αλλὰ πλέω λείπειν, τὰ δὲ μείονα φορτίζεσθαι.
Δεινὸν γὰρ πόντου μὲν κύμασι πήματι κῦρσαι.
Δεινὸν δ' εἴκ' ἐπ' ἅμαξαν ὑπέρβιον ἄχθος ἀείρασ
Αξονα καυάξαις, τὰ δὲ φορτί' ἀμαυρωθείη.
Μέτρα φυλάσσεσθαι. καιρὸς δ' ἐνὶ πᾶσιν ἄριστος.
Ωραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι,
Μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων.

Μήτ' ἐσθεὶς μάλα πολλὰ, στάμος δέ τοι ὥριος οὗτος,
Ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώη, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο,
Παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ὥς κ' ἤθεα μεδνὰ διδάξῃς,
Τήνδε μάλιστα γαμεῖν, ἥ τις σέθεν ἐγγύθι ναίει,
Πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδὼν, μὴ πείτοσι χάρματα τήμῃς
Οὐ μὲν γάρ τοι γυναικὸς ἀνὴρ λῄζετ' ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο
Δειπνολόχης, ἥ γ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα
Εὔει ἄτερ δαλοῦ, τῷ ὠμῷ γήραϊ δώκεν.
Εὖ δ' ὅπιν ἀθανάτων μακάρων πεφυλαγμένος εἶναι,
Μὴ δὲ κασιγνήτῳ ἶσον πριεῖσθαι ἑταῖρον.
Εἰ δέ κε πριήσῃς, μή μιν πρότερος κακὸν ἔρξῃς.
Μὴ δὲ ψεύδεσθαι γλώσσης χαίριν, εἰ δέ κεν ἄρχῃ,
Ἤ τι ἔπος εἰπὼν ἀπρθύμιον ἠὲ τὸ ἔρξας,
Δὶς τόσα τύννυσθαι μεμνημένος, εἰ δέ κεν αὖθις
Ἡγῆτ' ἐς φιλότητα, δίκην δ' ἐθέλῃσι πρασχεῖν,
Δέξασθαι. δειλός τοι ἀνὴρ φίλον ἄλλοτε ἄλλον
Ποιεῖται, σὲ δὲ μή τι νόον κατελεγχέτω εἶδος.

Μὴ δὲ

Μὴ δὲ πολύξεινον μὴ δ' ἄξεινον καλέεσθαι.
Μὴ δὲ κακῶν ἕταρον, μὴ δ' ἐσθλῶν νεικεστῆρα.
Μηδέποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ
Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.
Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώπρισιν ἄριστος
Φειδωλῆς, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.
Εἰ δὲ κακὸν εἴπρις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις.
Μὴ δὲ πολυξείνου δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι.
Εκ κοινοῦ πλείστη δὲ χάρις, δαπάνη δ' ὀλιγίστη.
Μηδέποτ' ἐξ ἠοῦς διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χερσὶν ἀνίπτοις, μὴ δ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν.
Οὐ γάρ τοι γε κλύουσιν, ἀποπτύουσι δέ τ' ἀράς.
Μὴ δ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν.
Αὐτὰρ ἐπεί κε δύῃ μεμνημένος ἔστ' ἀνίοντα,
Μή τ' ἐν ὁδῷ μή τ' ἐκτὸς ὁδοῦ πεβάδην οὐρήσῃς,
Μὴ δ' ἀπογυμνωθείς, μακάρων τοι νύκτες ἔασιν.
Εζόμενος δ' ὅγε θεῖος ἀνὴρ πεπνυμένα εἰδώς,
Ἠ ὅγε πρὸς τοῖχον πελάσας εὐερκέος αὐλῆς.

Μὴ δ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος ἔνδοθεν οἴκου
Εστίῃ ἐμπελαδὸν πραφαινέμεν, ἀλλ' ἀλέασθαι.
Μὴ δ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοστήσαντα
Σπερμαίνειν γενεὴν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτός.
Μὴ δέποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίῤῥοον ὕδωρ
Ποσσὶ περᾶν, πρὶν γ' εὐξῇ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα
Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ.
Ος ποταμὸν διαβῇ κακότητι δὲ χεῖρας ἄνιπτος
Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἄλγεα δῶκαν ὀπίσσω.
Μὴ δ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ
Αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ.
Μηδέποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν
Πινόντων. ὀλοὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ μοῖρα τέτυκται.
Μὴ δὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεστον καταλείπειν,
Μὴ τι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη.
Μή δ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα
Εσθειν, μὴ δὲ λόεσθαι, ἐπεὶ ἐν τοῖς ἔνι ποινή.
Μή δ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν, οὐ γὰρ ἄμεινον,

Παῖδα

Παῖδα δυωδεκαταῖον, ὅτ' ἀνέρ' ἀνήνορα ποιεῖ.
Μὴ δὲ δυωδεκάμηνον, ἴσον καὶ οὖτ' τέτυκται.
Μὴ δὲ γυναικείῳ λουτρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι
Ἀνέρα, λευγαλέη γὰρ ἐπὶ χρόνον ἔστ' ἐπὶ τοῦ τοῦ
Ποινὴ, μήδ' ἱστροῖσιν ἐπ' αἰθομένοισι κυρήσας
Μωμεύειν ἀΐδηλα, θεός τοι τὰ νεμεσᾷ,
Μηδέ τοτ' ἐν προχοῇ τοταμῶν ἅλαδε προρεόντων.
Μήδ' ἧς κρηνάων οὐρεῖν, μάλα δ' ἐξαλέασθαι.
Μήδ' ἐναποψύχειν. οὐ γὰρ οὔτι λώϊον ἐστὶν
Ὧδ' ἔρδειν, δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην.
Φήμη γάρ τε κακὴ πέλετε, κούφη μὲν ἀείραι
Ῥεῖα μάλ', ἀργαλέη δὲ φέρειν, χαλεπὴ δ' ἀποθέσθαι.
Φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυτε, ἥν τινα πολλοὶ
Λαοὶ φημίζουσι, θεὸς νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.

ΤΕΛΟΣ.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΗΜΕΡΑΙ.

Ηματα δ' ἐκ Διόθεν, πεφυλαστ' ἐνὸς
εὖ κατὰ μοῖραν,
Πεφραδέμεν δ' μώεσσι, στρινκαίδα
μηνὸς ἀρίστην
Εργα τ' ἐποπτεύειν, ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέασθαι.
Εὖτ' ἂν ἀληθείην λαοὶ κρίνοντες ἄγωσιν.
Αἱ δὲ γὰρ ἡμέραι εἰσὶ Διὸς πρὰ μητιόεντος,
Πρῶτον ἕνη τετράς τε καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ.
Τῇ γὰρ Απόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.
Ογδοάτη τ' ἐνάτη τε δύω γε μὲν ἤματα μηνὸς
Εξοχ' ἀεζομένοιο, βροτήσια ἔργα πένεσθαι.
Ενδεκάτη δὲ δυωδεκάτη τ' ἄμφω γε μὲν ἐσθλαί,
Η μὲν, ὄϊς πείκειν, ἠδ' εὔφονα μαρτὸν ἀμᾶσθαι.
Η δὲ δυωδεκάτη τοῦ ἑνδεκάτης μέγ' ἀμείνων.
Τῇ γάρ τοι νεῖ νήματ' ἀεροιπότητος ἀράχνης,
Ηματος ἐκπλείου. ὅτε τ' ἴδρις σωρὸν ἀμᾶται,
Τῇ δ' ἱστὸν στήσαιτο γυνὴ, προβάλοιτό τε ἔργον.

Μηνὸς

Μηνὸς δ' ἱσταμένου τρισκαιδεκάτην ἀλέασθαι,
Σπέρματος ἄρξασθαι, φυτὰ δ' ἐνθρέψασθαι ἀρίστη.
Εκτη δ' ἡ μέσση μαλ' ἀσύμφορός ἐστι φυτοῖσι,
Ανδρογόνος τ' ἀγαθὴ, κούρῃ δ' οὐ σύμφορός ἐστιν,
Οὔτε γενέσθαι πρῶτ' οὔτ' ἂρ γάμου ἀντιβολῆσαι.
Οὐδέμεν ἡ πρώτη ἕκτη κούρῃ τε γενέσθαι
Αρμενος. ἀλλ' ἐρίφους τάμνειν τε πώεα μήλων.
Σηκόντ' ἀμφιβαλεῖν ποιμνήϊον ἤπιον ἦμαρ,
Εσθλὴ δ' ἀνδρογόνος, φιλέει δέ τε κέρτομα βάζειν,
Ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους κρυφίους τ' ὀδρισμούς.
Μηνὸς δ' ὀγδοάτῃ κάπρον τε βοῦν ἐρίμυκον
Ταμνέμεν, οὐρῆας δὲ δυωδεκάτῃ ταλαστρούς.
Εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ πλέῳ ἤματι ἵστορα φῶτα
Γείνασθαι, μάλα γάρ τε νόον πεπυκασμένος ἐστίν.
Εσθλὴ δ' ἀνδρογόνος δεκάτη, κούρῃ δέ τε τετρὰς
Μέσση, τῇ δέ τε μῆλα καὶ εἱλίπροδας ἕλικας βοῦς,
Καὶ κύνα καρχαρόδοντα καὶ οὐρῆας ταλαστρὺς
Πρηΰνειν, ὃς χεῖρα τιθεὶς, πεφύλαξο δὲ θυμῷ

Τετράδ' ἀλεύασθι φθίνοντός θ' ἱσταμένου τε,
Αλγεα θυμοβορεῖν μάλα τοι τετελεσμένον ἦμαρ.
Εν δὲ τετάρτῃ μηνὸς ἄγεσθι δ' ἐς οἶκον ἄκοιτιν,
Οἰωνοὺς κρίνας, οἳ ἐπ' ἔργματι τούτῳ ἄριστοι.
Πέμπτας δ' ἐξαλέασθι, ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί.
Εν πέμπτῃ γὰρ φασὶν ἐριννύας ἀμφιπολεύειν
Ορκον τιννυμένας, ὃν ἔρις τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις.
Μέσσῃ δ' ἑβδομάτῃ Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν
Εὖ μάλ' ὀπιπτεύοντα ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ
Βαλλειν, ὑλοτόμον τε ταμεῖν θαλαμήϊα δοῦρα,
Νήϊά τε ξύλα πολλὰ, τά τ' ἄρμενα νηυσὶ πέλονται.
Τετράδι δ' ἄρχεσθι νῆας πήγνυσθι ἀραιάς.
Εἰνὰς δ' ἡ μέσση ἐπιδείελα λώϊον ἦμαρ.
Πρωτίστη δ' εἰνὰς παντα πήμων ἀνθρώποισιν,
Εσθλὴ μὲν γάρ τ' ἠδὲ φυτεύειν ἠδὲ γενέσθι
Ανέρι τ' ἠδὲ γυναικὶ, καὶ οὔ τοτε πάγκακον ἦμαρ.
Παῦροι δ' αὖτ' ἴσασι τρισεινάδα μηνὸς ἀρίστην
Αρξασθαί τε πίθου, καὶ ἐν ζυγὸν αὐχένα θεῖναι

Βουσὶ

ΗΣΙΟΔΟΥ ΗΜΕΡΑΥ.

Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι τε ἵπποις ὠκυπόδεσσι,
Νῆα πλυκληΐδα θοὴν εἰς οἴνοπα πόντον
Εἰρύμεναι, παῦροι δέ τ' ἀληθέα κικλήσκουσιν.
Τετράδι δ' οἶγε πίθον, περὶ πάντων ἱερὸν ἦμαρ
Μέσση, παῦροι δ' αὖτε μετ' εἰκάδα μηνὸς ἀρίστην
Ηοῦς γινομένης, ἐπιδείελα δ' ἐστὶ χερείων.
Αἵδε μὲν ἡμέραι εἰσὶν ἐπιχθονίοις μέγ' ὄνειαρ.
Αἵδ' ἄλλαι μεταιδοῦπαι, ἀκήριοι, οὔ τι φέρουσαι.
Αλλος δ' ἀλλοίην αἰνεῖ, παῦροι δέ τ' ἴσασιν.
Αλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ,
Τάων εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος, ὃς τάδε παντα
Εἰδὼς, ἐργάζητο ἀναίτιος ἀθανάτοισιν,
Ορνιθας κρίνων, τε ὑπερβασίας ἀλεείνων.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΤΟΥ ΗΣΙΟΔΟΥ ΕΡΓΩΝ ΚΑΙ ΗΜΕΡΩΝ.

Sequuntur enarrationes Philippi Melanchthonis.

Μοῦσαι πιερίηθεν &c.

CONtinet *inuocationem, quæ cum laude Iouis con=iuncta est. Precatur enim Musas ut Iouẽ celebrẽt, ne statim in initio parum religiose Iouem compel=lare uideretur. Postea, tãquàm placatum iam lau dibus Mu sarũ & ipsum inuocat, precaturq;, ut respiciat res huma=nas, & det mentẽ meliorem fratri. Et familiare est poẽtis inuocationi Encomium adijcere, quemadmodũ Vergilius: Tuq; adeo quem mox quem sit habitura deorum.*

Musæ â græco uerbo Μῶσαι *dictæ sunt, quod propriè inquirere est, dichten, Deinde per prosopopœiam Deam quandam significat.*

Θεν) *nota est aduerbiorum de loco.*

Ν') *expletiua est.*

ὑμνείουσαι) *Id est celebrantes, est actiuæ significati=onis, quanquam aliqui neutraliter exponant, quæ estis celebres aut inclytæ. Græci uero actiuè exponunt. Vti=tur Hesiodus & alibi in Theogonia, & Homerus in hymnis.*

ὅντε Ζῆν' ἔρρωσθαι &c.

Repetitio est, constans distributione rhetorica. Enu=merat enim pias quasdam sententias de Deo, quæ præter quàm quòd natura insitæ sunt sanis hominibus, tamen poetæ retinuerunt honestos ueterum sermones, quos du bio procul à filijs Noe & alijs patribus acceperunt, li=cet religionem & mores non item seruauerint. Et con=

stat Hesio=

stat Hesiodum ex uetustißimis fuisse, quo tempore nondum à Philosophis hæ Patrum sententiæ fuerant depravatæ. Iam quid de Deo potuit sanctius dici, quàm quod hoc loco dictum est ab Hesiodo, etiãsi uim religionis non noverat? Sic enim & nos in Cãtico: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Et Aesopus, cùm rogaretur quid ageret Deus. Sublimes, inquit, detrudit, & humiles elevat. Atq; hoc Deo proprium est, neq; enim potest pati superbos φαντάζεσθαι, & omnia pro libidine agere.

Ἑκήτι)aduerbium ab ἑκὼν uolens.

Φατός & ῥητός differunt, perinde ut Latinis loquor & dico. Est. n. Φατὸς, de quo magna fama est.

ῥα est scandendum pro ῥεῖα, nam breuis absorbet longã. Sic dixit Virgilius aluaria pro aluearia.

ἀεί ζηλον eum uocat qui dignus est æmulatione atq; imitatione.

κάρφει. Elegans metaphora est in hoc uerbo, quod ξηραίνει, id est, desiccat significat, et κάρφος ficcũ, arefactum, & fissum lignũ, ein span. Hac uoce poëta subitam ruinam elatæ mentis indicat.

Ζεὺς ὑπερεμέτρης κλῦθι.

Apostrophe est ad Iouem, qua precatur, ut se iuuet in Perse docendo. Sunt enim duæ precationes in hoc exordio, quarum prior ad Musas, posterior ad Iouem instituta est.

θέμιστας. præcepta ſunt de moribus.

ἐγὼ δ' ἐρέω.

Propoſitio eſt. Ego Perſæ cõſulam optima. Iam τύνη potentialis particula ad μυθήσασθαι ἡμῶν referẽda eſt, quaſi dicat. Tum uera dixero fratri meo ubi tu leges gubernaueris Iupiter, & adfueris mihi præſcribenti præcepta de moribus.

Ετήτυμα pro ἔτυμα poſuit, certa: ſignificat n. ἔτυμον certum quiddam, inde ἐτυμολογία, quæ docet quid quæuis uox certò ſignificet.

οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην.

Narratio. Orditur à generali ſentẽtia ad ſpecialẽ per diſtributionem, & commemorat duplicẽ eſſe rationẽ rei familiaris augendæ, alterã honeſtã, cum labore, induſtria & diligentia rem facimus: alterã turpẽ, cùm per iniuriam & ſcelus cumulãtur opes. Et quia in omni oratiõe ex aliqua occaſione, ex facto aliquo, narrationes trahũtur, Heſiodo etiã occaſionem præbuere fratris iniuriæ. Itaq; á litib. orditur. Sed ut gratiorẽ faciat orationẽ, non dicit ſimpliciter alios per iniuriã ac lites quærere pecuniã, alios induſtria ac labore, ſed nomẽ litis trãſtulit etiã per metaphorã ad honeſtã artẽ, & duplicẽ contentionẽ eſſe dicit, alterã uituperandã, alteram dignã laude, ubi aliqs contendat cũ alijs induſtria.

Hæc

Hæc Paronomasia multò uenustiorẽ orationem facit. Sæpe.n. ad uicinas uirtutes nomina uitiorũ trãsferimus, aut è contra, ut cùm pro sordido frugalem dicimus, pro prodigo liberalem &c. Submonet autem hoc poëta, nos in omni genere laboris non tantum aliorum exemplis accendi, sed etiam iuuari: Ideoq; hanc contentionẽ tantopere probat. Quia si solus aliquid agas, erit infœlix labor, frequentia autem iuuat: Sicut si quis solus pingat, nũquàm efficere tantum poterit, quantum efficeret, si aliorum exemplis adiuuaretur. Inde nata sunt ista: Vnus uir nullus uir. Et illud apud Homerum Iliados ί.

Σύντε δύ' ἐρχομένω &c.

Et Cicero scribit discendo συζήτησιν uel primas partes tenere, hoc est, habere aliquem qui cum conferas de quibus rebus uelis, & uersari in quadã frequentia discentium, ubi à multis de uarijs rebus admoneri possis. Sicut Ouidius ait de Ponto:

Scilicet ingenijs aliqua est concordia iunctis
Et seruat studij fœdera quisq; sui.
Vtq; meis numeris tua dat facundia neruos,
Sic redit à nobis in tua uerba nitor.

Οὔτις τήνγε φιλεῖ βροτὸς &c.

Sentit fato quodam cõcitari homines ad hoc genus contentionũ. Nemo.n. est qui amat iniusticiam, licet & ratio reclamet, tamen sequimur. Viderunt

nimirum prudentes uiri quid esset in natura hominis. Quare & Plato rectè iudicauit cùm ait, rationem aurigam esse, equos esse affectus qui & currum & aurigam rapiunt. Νὺξ ἀρεβεννὴ). Per noctem incomprehensibilem quandam æternitatem rerum intelligit.

Ἀπράλαμνον) inertem significat, quasi dicat sine manu, aut qui manus nulli operi admouet. πρᾶλάμη enim manum & opus ipsum apud Græcos significat.

Ὦ Πέρση σύ δὲ ταῦτα τετ

Subiecit exhortationem. Ergo tu amplectere contentionem honestiorem, non illam turpem. Est verò magna simplicitas, magna suauitas huius loci, & sic finis est honestæ contentionis, nunc turpem describit. Et quia malum contentionis genus est, & turpe alteri inuidere, omnibus modis fugiendum esse monet, addita hortatione, ne in mentem quidem ueniat fratri uelle in foro rixari, & malis artibus ditescere. Ratio est quòd infœliciter uersatur circa conciones forenses, cui singulis temporibus sui prouentus non adfuerint, nam hoc ὡρεῖος significat.

Τοῦ κεκορεσμένου νείκεα

Concessio Ironica est. Quando ditatus es & abundas

bundas iam re familiari, nec animus à malo reuocari potest, age per me licebit litiges q̃ diu uoles. Et quanquam melius est litigare quàm rapere, tamen mecum litigare non poteris, cùm de meo nihil amplius rapere possis, & res iam sit transacta.

Αἵ τ' ἐκ Διός εἰσιν ἄεισαι.

Ita enim scripserunt sapiẽtes uiri, esse animis nostris innatam rationem æqui & boni.

δωροφάγους. Doniuoros, elegans epitheton est. Vocat autem reges præfectos singularum urbium, quemadmodum & Homerus. Quòd autem munera facilè quæuis expugnent, etiam Ouidius sensisse uidetur dum ait:

Munera crede mihi placant homines q; Deos q;.

Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Νήπιοι οὐδ' ὅσον ἥμισυ παντὸς

Epiphonema est superioris sententiæ. Nam cùm reprehendisset fratris auaritiam & rapacitatem, adijcit exclamationem, O stultos mortales, qui nesciunt satius esse modicas facultates iure partas habere, quàm magnas opes scelere & iniurijs quæsitas. Et generaliter mediocritatem nobis commendauit hoc Epiphonemate. Solet autẽ Hesiodus apologis, ænigmatis, allegorijs, & huiusmodi alijs figuris præreliquis poëtis libenter uti, quia figuratè dicta acrius feriunt aures atq; animum. Ideo & hìc

figuratè mediocritatem laudat, cùm ait: Dimidium plus esse toto, cũ nihil aliud, authore Platõe in Gorgia, & in lib. de Repub. dicere uelit, q̃ mediocritatem conseruandam esse. Vt, si quis dicat: Satius esse dimidio cibi uti, q̃ immodico cibo onerare stomachum. Sic satius est dimidiũ facultatum habere, q̃ ingẽtes opes, quæ sine periculo retineri nõ possunt. Sic in moribus satius est esse cunctatiorem & timidiorem, quàm esse supra modum audacem. Ad hũc modum de mediocritate præcipit & Horatius.

Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines,
Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.

Sic Hesiodus hoc loco totũ uocat id, quod est supervacaneũ & superfluũ, dimidiũ uocat mediocritatẽ. Et hanc quidè sententiã confirmat etiã sequẽs uersus, qui planè œconomicus est. Monet. n. modicis facultatibus scienter & cum ratione quadam utendũ esse. Ita futurũ esse, ut in angusta re familiari cõmodius uiuas, quàm alij in magnis opibus, quorũ pleriq; sunt obærati, aut sordidi, deniq; q̃ suis fortunis ipsi minimè omnium fruuntur. Itaq; & Virg. ait:

Laudato ingentia rura,
Exiguum colito.

Et de quodam tenui sene, qui tamen diligenter colebat suum hortum, ait: Regũ æquabat opes animis. Sed hoc Hesiodi præceptum latè patet, Paruas & humiles

humiles res præstare magnis. Sic præstat uita tranquilla priuatorum Regum uitæ, sicut ille dicit:

Gaudentem paruisq; sodalibus, & lare certo.

Sæpe contemptæ res plus utilitatis adferunt, quàm ea quæ plurimi fiunt, ut Grammatica.

Ἐν μαλαχῇ) Numerant Maluã inter saluberrimas herbas, & inter eas quæ principatũ in medicina ueteri habuerunt, facit enim aluum bonam, & utiliter humectat. Plin. ait aduersus omnes morbos præsidium esse, si quis quotidie dimidiũ Cyathum ex ea sorbeat. A molliendo nomen habet, pappel. Asphodelo in cibis usi sunt et ueteres cum ficis, sed nunc tantum eius in medicina usus est, ad scabiem cum primis utilis. Latini albucũ et hastulam uocãt, goldtuurtzel. Gellius sese hic præter rem torquet.

Κρύπτοντες δ' ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποις.

Priusquam tradat præcepta, longã narrationẽ hic inseruit, in qua causam exponit, cur difficilius sit uictũ parare hoc tempore q̃ antea. Et longã quãdam fabulam fingit, Iouem iratum misisse in terras Pandoram, quæ tum id mali, tum omnes alias ærumnas secum attulerit. Est autẽ Pandora uoluptas. Luxuria enim multis rebus opus habet, augetq; quotidie sumptus: Neq; id modo adfert incõmodi, sed etiam omnis generis morbos gignit. Sicut Horat. ait:

Vides ut pallidus omnis

Cœna desurgat dubia cùm corpus onustum &c.
M. Cicero *in quinto lib.* Tuscul. *quæstio. docet,* Prometheā *magnum quendam uirũ fuisse, in sapientiæ studio uersatum, item abditas & arcanas res in natura hominibus ostendisse. Hinc intelligi fabula potest. Iouem iratum ignem abdidisse. Veritas enim latet, seu, ut scribit* Cicero Democritũ *dixisse, penitus abstrusa est in natura. Sed cùm ostendisset* Prometheus *hominibus recta & honesta, tum misit* Iupiter Pandoram, *hoc est, uoluptatem, quæ non sinit nos recta, etiam quæ iam cognouimus, sequi.*

Vt apud Ouidium *in Medea:*

Video meliora proboq́; Deteriora sequor.

Nomen Prometheus *significat deliberantem ante factum.* Epimetheus *deliberantem post factum. Itaque* Prometheus *uetat recipere uoluptatem, hoc est, uel sapiens aliquis monitor, uel ipsa ratio.* Epimetheus *uerò, hoc est, stultus, seu sensus non auscultans rationi, non obtemperat monitis, itaq; noxiam uoluptatem incautus recipit, sed serò recepisse pœnitet. Est enim euentus stultorum magister.* Et *quemadmodũ ictus piscator sapit, sic nos serò uidemus, quantum mali nobis attulerint uoluptates,* Sicut & Horatius *monet:*

Sperne uoluptates, nocet empta dolore uoluptas.

Est aũt & forma narrationis obseruanda, quæ quidem

dē & fusior est, & ualde molles uersiculos habet, ordine exponens, primum, Promethea ignem furatum esse. Deinde Pandoram factam, & in eo opificio longius commoratur. Tertiò missam esse Pandoram in has sedes. Quartò receptam ab Epimetheo. Quintò numerat mala quæ secum attulit. Porrò, ut hoc quoque obiter admoneam, non est semper in fabulis ratio quærenda, sed satis sit aliquousque deprehendisse quid significare Poëta uoluerit. Nam sicut in pictura rationes non semper sunt quærendæ cur arborem sic pinxerit, cùm aliquis montē pingere potuerit. Ita nec in expositionibus fabularum ad amussim omnia sunt rimanda. Quòd autem spes remansit in pixide, significat neminem tam desperatis rebus esse, quin aliquando speret. Vnde etiam prouerb. Aegroto dum uiuit spes est. Nam quantumuis sint duræ res, tamē spe leuatur animus. Vnde homines nati durum genus. Nam nulla est bestia quæ tantum perpetiatur quantum homo. Euripides uenustissimè dixit, ὀιστέον ϑ' ἐλπιστέον id est, ferendum & sperandum.

Ῥᾴδιος γάρ κεν.

Ad mores communes pertinet hoc, & respicit illuc quod uulgò dici solet. Quondam facilè uictus parabatur, olim erant modesti. Nam credo poëtam

uoluisse significare cupiditatibus, & uicijs difficiliorem uiuendi rationem factam esse.

Ἀγκυλομήτης) qui uafer & astutus est, quòd stulti obliqua consilia inueniant, & non meditẽtur uulgari ratione. ἄγκυλον enim quod curuum & obliquum est significat.

ἐὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.

Ita ferè nobiscum agitur, atq; ea est cõditio rerũ humanarum. Omnes errore tenemur atq; illo delectamur. Ita sumus stulti, ut illæ ipsæ cupiditates, quæ omnis generis mala secum trahunt, nos delectent.

Ἄφασσον δ' ἐκέλευσε.

Distributio est, ut oratio fiat copiosior, enumerat enim quomodo Pandora sit condita, & quomodo singuli Dij in hanc mulierẽ aliquid contulerint. Et significat poëta non unum esse genus uoluptatis, quemadmodum ille ait: Nemo repente fuit turpissimus, Accipient te paulatim.

πόθον) desyderium uehemens, id est, ut ametur uehementer.

γηοκόρους) Ad satietatem usque arrodentes membra, deducunt à γῆιον & κόρος. Poterit autẽ hic locus copiæ exemplo esse, cum sit simplex quædam ubertas in hoc carmine, & oratio per gradus quosdam ascendat.

Ερμείην ἄνωγε) *Mercurium finxerunt nuncium deorum, quòd eius motus sit maximè admirabilis, & quòd eius uaria ratio sit in genituris.*

Εν ἠ θέμϛ κύνεόν τε νόον.

Impudentiã intelligit. Sic enim uidetur in hominibus coopertis & obrutis uoluptatibus quos nihil pudet. Nulla sunt flagitia tãta, quæ nõ impune ipsis licere arbitrãtur. Neminẽ metuũt, neq; Deos neq; homines, non fas non pietatẽ ullã curant. Leges uerò, ad quas omnes ex æquo uiuere par est, non pluris faciunt q̃ muscam elephantus Indicus. In summa, caninam impudentiã retinent, nec ullam honestatẽ spectant. Hanc impudẽtiam apud Homerum in primo Iliados exprobrat Agamẽnoni Achilles dũ ait:

οἰνοβαρὲς κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο.

Θ' ϖότνια πίθω. (

Eloquentiæ Dea est, quam Græci peculiari templo & cærimonijs colebant. Horatius:

Et bene nummatum decorat Suadela Venusq;.

λῶρον ἐδ' ὥρηϛεν ϖῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηϛῆσιν.

ἀλφήϛας *indagatores exponunt, sed id accipiendum est in malam partem pro curiosis, quia sic sunt hominũ ingenia, ut præsentia fastidiant, cupiãt & adfectent alia. Sicut & pisces ἀλφήϛας uocãt, quia statim adnatare solent, si quid abieceris in*

piſcinam. Porrò grauiſſimè iſta curioſitas reprehẽditur apud Horatium Epiſtolarum libro primo,

Optat ephippia bos piger, optat arare Caballus.

Et apud Martialem,

Quod ſis eſſe uelis, nihilq; malis.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόλον ἄπυν ἀμήχανον.

Mittitur iam Pandora ad Epimetheum & recipitur. Sũt enim affectus noſtri inexpugnabiles, ita ut iure illum poßis fortem uirum uocare, qui uoluptatem ſuperet. An non uidemus maxima bella propter priuatos affectus naſci? Vt de tot morborum generibus interim ſileam, quos latenter interdiu & noctu ſua ſponte dicit irrepere. Eſt autẽ elegans proſopopœia, qua fingit morbos obambulare tanquam animantia.

Ὅσσα τ' οὐλομενη) Epiphonemate claudit ſententiã.

εἰσ' ἐθέλῃς ἕτερόν τι ἐγὼ.

Poſteaquàm hunc locum abſoluit, cur tota hominum uita nunc calamitoſior ſit, atq; olim fuit, ætates iam fingit. Neq; aliud hoc commento ſignificat, quàm & naturam & mores ſubinde deteriores fieri. Sicut & Virgilius.

Sic omnia fatis
In peius ruere & retrò ſublapſa referri.

Porrò, quia hanc deſcriptionem ætatum Latini

Poeta

poëtæ imitati sunt, proderit hîc obseruare, quomodo sententias Hesiodi expressérint. Nam ea collatio docebit nos, quomodo aut breues sententiæ copiosius illustrandæ sint, aut longiores sentẽtiæ breuiter & significanter efferendæ. Hesiodus uno uersu dixit liberos uixisse, id Ouidius amplificauit ex causis, quia sine iudicijs rectè uiuebant. Sic. n. ait,

Pœna metusq; aberant, nec uerba minantia fixo
Aere ligabantur, nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti.

Et Virgil. 7. Aeneid.

Saturni gentem haud umclo nec legibus æquam
Sponte sua ueterisq; Dei &c.

Item quod ait Hesiodus terram ultrò fructũ produxisse copiosum, id quoq; pluribus uersibus amplificauit Ouidius ex circunstantijs:

Ipsa quoq; immunis, rastroq; intacta, nec ullis
Saucia uomeribus per se dabat omnia tellus.

Elegans metaphora est in uerbo ἐκκορυφῶσω. significat. n. κορυφόω accumulo, ἐκκορυφόω tanquàm á summo uertice repeto, oben anheben.

θαλίηισι) ἑορταῖς exponunt. Vocant enim θαλίας sacras epulas ἀπὸ τοῦ θάλλειν, id est, florere. Est aũt non uulgare tranquillitatis & pacis Encomium, quòd dicit in conuiuijs delectatos fuisse

ſine omnibus malis, & ſuauiter omnibus cõuixiſſe.

Τοὶ μὲν λάμονθε εἰσὶ Διός.

Quidam dicunt Homerum ita Deum factum et diu uerſatum fuiſſe inter homines. Et rectè Cicero 2. de leg. libro ſcripſit: Cùm omnium animi ſint immortales, tum fortium ac bonorum eſſe diuinos.

Ἦ θέμις ἀνθρώποισι κατ᾽ ἦθεα.

Veluti dicat iuxta prouerb. νόμος ὁ χώρας, uel, ſicut conſuetum eſt ſingulis. Sunt enim alij aliarum gentium mores. Et ἦθεα, nõ mores tãtum, ſed loca etiam in quibus cõſueuimus ſignificat, ut apud Hom. in fine Iliad. ξ. et Iliad. 1. ubi de apro loquitur. Ἦ *particula poſita eſt* αὐτὶ τοῦ καθώς.

Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυπτε &c.

Significat propter impietatem & neglectã religionem mortuos eſſe. Et ſecuris hominibus timorẽ incutere debet, q̃ ſemper graues dederunt pœnas impietatis, qui non ſolum irreuerenter de Deo ſenſerunt, uerum etiam debito honore defraudârunt.

Ἐκ μελιᾶν.

Fingit natos ex arboribus, ut ſignificet duriciẽ & feritatem animorum, quia ſoboles imitatur naturã eorũ à quibus procreata eſt. ut Verg. teſtatur,

Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos.

Ideo & Dido, cum Aeneæ immanitatem tribue-

ret, negat à Dijs ortum esse, sed ait:

Duris genuit te in cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæq; admorunt ubera Tygres.

οὐ λέ τι σῖτον ἔδοιον

Non ederunt frumentum, sed primi pecudes laniârũt, & carne uesci cœperũt, quod antea magnũ nefas est creditũ. Sic .n. de boue aratore ait Varro: Ab hoc antiqui manus ita abstineri uoluerũt, ut capite sancierint si qs occidisset. Et apud Homerũ cũ socij Vlyssis boues Solis mactasse dicũtur, intelligi debẽt boues aratores, quos uiolare impietas erat.

ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον.

Pulchra descriptio uiriũ corporis est, et uolebat significare mirabilẽ duriciẽ in illorũ animis fuisse, quòd à ciuilibus discordijs, quæ florẽtissimas Respublicas euertere solẽt, impias manus nõ cohibuerint.

ἀστὰρ ἐπὶ νῆας.

Iam ante dictum est hoc consilio ætatum differẽtias recenseri, ut describeret Poëta quomodo uiciæ hominum auctæ sint. Adiecit autem tertiæ ætati Heroicam ætatem, quando Hercules, Iason & alij Argonautæ uixerunt, q propterea Heroẽs & semidei dicebantur, quòd naturæ cõmuni hominũ nonnihil præstabãt. Et Aristoteles scitè uocauit heroicã uirtutẽ, impetum quendã peculiarẽ in homine, supra communem

communem hominum captum, sicut in Cicerone maior uis dicendi fuit q̃ uulgus caperet. Et in Hectore maior fortitudo quàm in reliquum uulgus caderet.

πόλεμός τε κακὸς

Aptißimum belli epitheton est. Nam si Ciceroni credimus, iniquißima etiam pax iustißimo bello præferenda est.

Τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ

Heroica ætas continet Argonautas, & res gestas ad Theben, & Troianam historiam. Posteriora tantum tempora recenset. Vide de Thebano argumento Statium in 12. libris. Oedipus ille coniector & ænigmatum solutor, ut est in Andria Terẽtij, duos filios habuit, Eteoclen & Polynicen, qui monomachia decertârunt de regno, cum iam Thebe erat obsessa. Cadmus uerò profectus ex Phœnicia, condidit primum has Thebas septem portarũ in Bœotia. Septiportes dictæ ad differentiam Thebarum Aegyptiarum, quæ centiportes fuere.

μῆλα) pecudes, & postea synecdochicῶς opes significant. ὀϊστὸς. ὁ. ας. prima uox est, non patronymicum.

Εν μακάρων νήσοισι &c.

De fortunatis insulis uide Plinium lib. 6. cap. 32. & Solinum in postremo capite. Sunt autem non procul à Mauritania.

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι.

Descriptio postremæ & ferreæ ætatis, quæ pessimis prædita morib. est, id quod poëta uoluit cũ ait: Omne in præcipiti uitium stetit, utere uelis.

Maiorum mores senes magis laudãt, & rectè quidem: nam semper degeneramus, & sic est in natura rerum, ut subinde omnia degenerent. Iam quoque boni uiri queruntur de moribus adolescentiæ, neq; pater filijs similis, neq; filij patribus. πάντες γάρ οἱ πατέρες &c. *ut est apud Homerum. Neq; hoc tantum uidere est in natura rerum aut in moribus, sed in omnibus rebus. Nam nemo negare potest olim Germanorum corpora fuisse robustiora ac proceriora multò quàm nunc sunt. Item semina à multis accepimus decreuisse, qui dicebant se pueris cõperisse, multò maiora & meliora simul olim semina frumentorum & leguminum fuisse quàm nunc sunt. Itaq; non immerito conqueri Hesiodus uidetur, quòd in istam postremam ætatem & pessimos hominũ mores inciderit. Et si istis melioribus quidem temporibus ad comparationem nostri seculi is rerum status fuit, in quam nos spem reseruati simus senescente iam mũdo & ingrauescentibus hominum uitijs uidemus.*

χαλεπὰς δὲ θεοὶ ποιήσουσι μερίμνας.

Ἀμφιμνάω est, quod curo, sollicitus sum significat, quemadmodum est in Euangelio: Nolite solliciti esse quid dicatis coram principibus, nam sollicitudo & angustia prohibent fidem. Et sollicitum esse, est incredulum esse. Addit tamen mitigationem & dicit, quòd ijs miscebũtur bona malis, quasi dicat: & rosa nonnunquam crescet inter spinas.

Οὐλὲ ξεῖν' ξεινολόκω

Elegãter hanc sententiã ad uerbũ ferè expressit Ouidius cùm ait:

Non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero, fratrum quoq; gratia rara est.

Quod aũt in decalogo de honore Parẽtibus exhibendo est, hoc totidem hîc ferè uerbis retulit Hesiodus. Neq; dubium est illa ex sermone Patrũ accepta esse. Adde q, lex naturæ sit, honorare parẽtes. Est aũt difficilius honorare parentes. i. cedere illis, existimare de illis oĩa bona, obedire &c. q̃ præstare opes. Itaq; & promißio addita est: Vt sis longæuus super terram. Athenis capitale fuit ξεπάτειαν non persoluere parentibus. Incredibilis quoq; amor atq; pietas ergà senes parentes & uolandi impotẽtes inest Ciconijs, solus homo uitiatæ naturæ uitio renutricãdi officiũ aut nunq̃ aut ægrè præstat. Χειρολίκας) uiolentos uocat, & quibus ius est in manibus.

inanibus, breuiter, qui neq; ius neq; leges norũt;
cuiusmodi descripsit Ouidius,
Non metuunt leges, sed cedit uiribus æquum,
Victaq; pugnaci iura sub ense latent.
ὔβριν posuit pro ὑβριστὴν, substantiuè pro adiectiuè, quemadmodum & Homerus ὔβριν ἀνέρα pro ὑβριστὴν ἀνέρα. Et Latinis poëtis scelus pro scelesto admodum familiare est.

Ζῆλόν θ' αἰδῶ τε

Hactenus descripsit in genere mores cuiusq; pro pemodum ætatis. Itaq; iam redit ad primam propositionem de litibus, quas multa mala inter homines parere dicit. Posteaquam uerò congerie quadam inuidiæ epitheta enumerauit, fingit Pudorem & Nemesin Deas reliquisse terras, hoc est, nec pudore bonos absterreri amplius à turpitudine, neq; improbos metu uindictæ. Nemesis enim indignationem significat, quæ ulciscitur maleſacta flagitiosorum. Alioqui Nemesis Dea est quæ significat illã fortunæ speciem, quæ irascitur ijs, q cùm res affluunt, nimis inflantur & insolescũt, quos deinde punit èt deijcit rursum. Arist. posuit inter uirtutes illum impetum animi generosi, q dolet rebus male gestis. Et Græci uẽs uirtutes Deas fecerũt. Quid uerò magis uidetur ex Arato locũ de iustitia sumpsisse, q̃ ex Hesiodo?

cum inquit: Victa iacet pietas &c. Hos enim potißimum locos captauit, qui illuſtrari tractando poterant & niteſcere in loco adhibiti.

κακοῦ δ' ὁυκ ἔασετ' ου &c.

Id eſt, in tantum malitia hominum inualeſcet, ut planè nullum uel remedium uel auxilium hiſce tantis malis expectandum ſit. (id enim ἀλκὴ ſignificat) Et perſpexerunt ſapientes omnia in rebus humanis mala corrigi non poſſe, nec ius ciuile corrigit omnia. Multa enim toleranda & diſſimulanda ueniunt, non quòd laudem mereantur, ſed quòd ſine maximo incommodo è medio tolli nequeant. Quare poſteaquã admodum rhetoricè queſtus eſt de publicis moribus, & de perturbatione omnium rerum (fuit enim totus ille locus Querela temporum) commodè nunc præcepta ſubijcit.

Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσι &c.

Propoſitio eſt, Tradam nunc præcepta regibus & magiſtratibus. Et priuſquam perueniat ad Praeneſes, narrat apologum, quo figuratè ſignificat quales mores ſint Tyrannorum, quòd nihil minus deceat quàm ui graſſari more beſtiarum. Significat enim αἶνος ſermonem tecte aliquid monentem de moribus. Vnde & Apologos αἴνους dixerunt. Aenigma uero eſt obſcura ſignificatio.

φονέσσι δ' ἀοιδῆς

Correctio propositionis est, quasi dicat: nunc monebo Reges, sed fortasse frustra moneo, sicut olim Luscinia accipitrē. Nam ueritas odium parit.

ἀηδόνα ποικιλόδειρον

Epitheton Luscinię est, habet enim uariatum collum. Magis tamen ad uocem quadrare puto q̄ collum, hac enim cum primis excellit, quemadmodum & Plinius in illa describenda lusit.

τὴν δ' ἐις ἑ σ' ἂν ἐγώ πῇ ἄγω

Tyranni uox est planè prouerbialis, de alterius uita pro libidine statuentis, quasi dicat, quantūuis iusta sis & æqua postules, tamē penes me est ius de te statuendi quid uelim. Conuenit cum illo Agamemnonis quod est apud Homerum libro primo Iliados:

Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν ἐγὼ δέκεν αὐτὸς ἑλωμαι.

Et alibi.

Ὀφρ' ἔυ εἰδῇς ὅσον φέρτερός εἰμι σέθεν.

Ἀφρων δ' ὅστις ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἔριζειν.

Epiphonema seu Epimythiō huius fabulæ est: sunt enim Epiphonemata sententiæ ex superioribus cō sequentes. Monet non esse contendendum cum præstantioribus. Nec enim fieri potest ut potiatur uictoria unquam, uerum ad dedecus mala quoq; pati

cogitur. Qua sententia eleganter germanismũ expressit. Er muß den spott zum schaden han.

ὦ Πέρση σὺ δ' ἄκαζε &c.

Adhortatio est, O Perse fuge iniuriã. Estq; primum præceptum. Nã in legibus naturæ prima lex est, ne quem lædamus. Huiusmodi noticias, quæ in omnibus sanis hominibus sunt, Græci πολιτείας uocant. Et Paulus quoq; ius naturæ uocauit. Plutarchus integrum librum scripsit περὶ πολίτου. Et prodest scire, quantum uideat ratio, deinde uidere quid desit ei, & ad quæ pertingere nequeat.

δίκην) significat iusticiam, iudicium & uindictã. Quod Romani ius uocant, hoc Græci δίκην, Germanica uox recht, sic planè usurpatur. Ἐδὲ λὸν pro forti exponendum censeo, ut sit sensus, Ne fortis quidẽ uir iniuriã perferre possit. ἑτέρῳ Qui pro ἑτέρος Ionica Paragoge est, sicut nos dicimus dicier p dici.

δίκην ὄφρ' εὖ εἰδῇ τ' ἴσχῃ

Ratio præcepti est, quare sit satius sequi iusticiam, quia ad bonum finẽ perduci non potest, si quis iniuria afficiat alium. Et quanquam inusta sæpe habeantur pro iustis, tamen fieri non potest, quin iustum cognoscatur tandem, & homines scelerati opprimantur. Nam ut ueritas laborare potest, extingui non potest, ita nec iusticia. Atq; hoc significare uolunt

uoluit cum inquit, ἐς τέλος ἐλθοῦσα, ἴσχειν *uerò eſt præualere, den platz behalten.*

πολλῶν δ' ἔτεκνήπιος ἔγνω

Prouerbialis locutio eſt, quæ ſignificat miſerrimam eſſe prudentiam quæ ex malis noſtris proficiſcitur. Commoratur autem longiuſculè in collatione iuſticiæ & iniuſticiæ, ut metum incutiat hominibus, ne contra iuſticiam faciant. Ita et utriuſq; cum incommoda, tum cõmoda recenſet, ſicut in ſcriptura Deus minatur & pollicetur, bonis quidem ut bene habeant, & ut res ipſorum ſint incolumes, malis uerò, ut quia ſemel in animum induxerunt iniuſticiæ partes ſequi, etiã fructus illa dignos auferant, hoc eſt, ut bello, latrocinijs, ſeditionibus, Tyrãnorũ ſæuicia & omnibus malis affligantur.

ἀλλ' ἔπι τοι κλαύσῃ τόλιν τε

Suſpicor κατὰ *ſubintelligendũ eſſe, ut ſit ſenſus, iuſticia aëre iam induta ut cerni nequeat, per urbem & plateas incedẽs, dignas de iniuſtis pœnas ſumet,* ἔπι *enim alioqui cum datiuo conſtruitur.*

οἷσι δ' ἴκας ξείνοισι &c.

Argumentum eſt à præmijs quæ iuſtos ſequuntur. Nam cùm nihil ſit quod æquè ad rectè faciendũ homines inuitet, atq; ſpes cõmodi alicuius ob oculos poſita, etiam Principes hac ratione Heſiodus ad

iusticiam & honestatem colendam accendi posse arbitratur. Et uidere licet hoc in loco, quàm pulchra sit in uerbis amplificatio, urbs uiret, populi florẽt, est pax, & illa quidem iuuenum alumna, præterea dat magnam annonæ ubertatem, quæ omnia, si quis pro dignitate luminibus uerborum exornauerit, facilimè copiosam queat orationẽ efficere. Sunt autem in primis pacis & belli epitheta obseruanda, quia bello nihil calamitosius, nihil fugiendum, nihil detestandum magis, in quo humanitatis studia frigent, bonæ leges negliguntur, religionis aut nulla aut perquàm exigua cura est. Itaq; etiam exemplo esse potest Turcicum bellum immanissimum, quod multis iam annis Christianam Rẽpub. indignis modis atq; omniũ miserrimè afflixit. In pace uerò pueri artibus bonis imbuuntur, neq; est quicquam uel magnificentius, uel admirabilius. Nam pacis tempore omnium harum rerum metu liberamur, quæ in bello magno cum periculo & acerbissimè ferre solemus. Eadem paciscommoda recensẽt Homerus in Clypeo Achillis, quæ hoc loco Hesiodus.

Οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε &c.

Antithesi quadam confert iniustorum pœnas ad præmia iustorũ. Sũt aũt omnia illa nata ex legibus naturæ, quia recta ratio dictat sceleratis & flagitiosis hominibus nullum malum fore impunitum, et

mala

mala non esse committenda. Quòd autem mala cõmittuntur & designãtur flagitia, etiamsi aliud moneat ratio, in causſa sunt affectus quibus uitiati sumus. Ὕβρις *contumeliam significat. Nam sic etiam iniuriam in legibus exponit Iureconsultus.*

πολλάκι τ' ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἔπαυσεν.

Hæc sententia totidem fere uerbis est in Ecclesiaste, Sæpe uniuersa ciuitas mali uiri pœnam luit, ut tota Turingia luit peccatum proditoris Munzeri. Aeschines citauit hunc uersum de perfidia Demosthenis. Et Dominus in sacris literis fœlicitatẽ ob Naaman Syriæ dedisse dicitur, mala uerò omnibus ob peccata Manasse dedit. ἔπαυσεν *Latinè dicitur luere peccata, quod nos rotundius efferimus: entgillt eyns mans, geneußt eyns mans. Vtrunque enim significat. Vsus est Homerus lib. primo Iliad.*

λιμὸν τ' λοιμὸν

Poëtæ constanter obseruârunt semper pestilitatem sequi caritatẽ annonæ. Et nos experientia edocti sumus uerißimum esse quod dici socet, λοιμὸς μετὰ λιμὸν, *id est, pestis post famem. Sic enim & superioribus annis in Italia contigit.*

τεῖρουσιν, *Emphasis in ea uoce est, qua poëta significat eiusmodi odio inter se mutuo accẽdi at-*

exaſperari homines, ut qui potentior ſit, impotentiorẽ planè conterat et ad nihilũ redigat. Huius rei multa exempla extant apud eos qui rixantur in foro. Ibi eſt uidere quantum malicia ualeat humanæ mentis, & quàm furibũdum reddat eum qui ſemel conceptum in animo odium, in alterius perniciem ſummã, nullo tamen aut perq̃ exiguo ſuo cõmodo, ad finẽ perducere deſtinauit. Sed cum iſtis temporibus eiuſmodi rerum ſtatus fuerit, nemini mirum uideri debet, q̃ de noſtrorũ tẽporũ malis querimur.

ἡδέ τε πᾶξ Ἕνθ' ὄξὶ λίκη Διὸς

Facit nunc Proſopopœiã, cum fingit iuſticiam ſedere iuxta Iouem, atq; illum adhortari, ut iuſtis det præmia, de ſceleratis uerò ſumat pœnas. Illo geſtu facit orationẽ creſcere, alioqui idem diceret quod dixerat ſuprà, ſed ne eſſet tædioſum, fingit perſonam quæ loquatur.

τοῦτα φυλασσόμενοι ἔασι λῆθ'

Apoſtrophe eſt ad iudices, ut rectè iudicent, neque fruſtrà eſt q̃ hæc ſæpius iterando inculcat. Nã eam eſſe humanæ mentis maliciam, ut difficillimè ad eã quæ recta ſunt feratur, omnes paſſim uiri ſapientes uiderunt. Et ſubiecit gnomas aliquot, quas dubium non eſt ex legibus naturæ tanquam ex fonte promaſſe. Prior poſita ſententia mirè conue-

nit

nit cum ista quæ in sacris literis est. Incidit in foueã &c. Proxima est apud A. Gell. νοέειν est intelligere seu animaduertere, proprie mercken.

Νῦνδ' ἐγὼ μήτ' αὐτὸς &c.

Ἄτοπον argumẽtum, id est, ab absurdo, quasi dicat, Nihil referret quales essemus, si non essent constitutæ pœnæ & præmia. Atqui sunt pœnæ & præmia. Itaq; multum refert. Idem argumẽtum est apud Aristophanem in Pluto, ubi oraculum consulitur, quibus artibus senex filium instituat suum, ad uirtutem ne an ad quæstuosas artes conferat, & consultũ est, ὡς σφόδρ' ὄντι συμφέρον ἢ μὴ λέγειν ἀσυξὲν ὑμὲς ἐν ζῷδ νῦν χρόνῳ Ita hîc Poëta dicit, Nolim ego iustus esse, neq; filius meus, si noceret esse iustum, nec essent iustis proposita præmia. Ad hunc modũ ratio dijudicare potest, multum referre, bonús ne quis an malus sit, etsi non queat uidere caussas, nec dijudicare cur malis bene sit, & bonis male. Quẽadmodum oculis colorem uidet aliquis, licet nesciat cur non æquè naso uel pedibus uideat. Ita reuerenter uidet neminem esse lædendum, quantumuis caussas cur sic uideat ignoret. Atq; hac de caussa addecit correctionẽ. Sed hæc non puto facturũ Iouẽ.

Καὶ νὺ λίκης ἐπάκτε &c.

Argumentatur à natura hominis, & ius naturæ

describit, & dicit hominibus quasdam sententias esse insitas, seu diuinitus inscriptas in animis quæ doceant nos recta. In bestijs non sunt eiusmodi sententiæ quæ iudicent quid sit faciendum, imo est uidere in his quòd omnia ui gerantur, cum hominibus iura constituta sint, coniungantur & regantur. Ergo homines iure debent disceptare, uis bellua est. Paulus eas leges ueritatem Dei appellat. Sunt autem hæ ferè,

1 *Deum cole.*

2 *Neminem lædito.*

3 *Quia ad societatẽ facti sumus, ergo benefacito alijs, et pro beneficio redde gratiã, iuxta illas uulgares sentẽtias, Manus manũ lauat, digitus digitũ.*

4 *Certis legibus connubia esse coniungenda, & educandam sobolem & defendendam.*

5 *Ciuitates esse constituendas, parendum Magistratui, & pacta seruanda esse. Nam alioqui societas hominum non potest conseruari, nisi fides seruetur in contrahendo.*

6 *Sicut medicus præscindit aliquam partẽ corporis ut seruetur totum corpus, ita ut societatis humanæ corpus conseruetur, latrones tollendi sunt et alij qui uiolant societatem humanam. Ideo & bella geri oportet.*

7 *Et quia natura non est lædenda, nec offenden-*

da

da societas, ideo in uictu modus, & ordo in actionibus seruandus est. Porrò, sicut diuinis legibus scriptis obtemperare nos oportet, Ita & his Deus nos uult obsequi. Et animaduertit in eos qui eas uiolãt, id quod illi cruciatus in flagitiosis testantur, qui etiamsi nemo resciscat eorum facinus, tamen naturaliter metuunt impendentes pœnas. Fit autem hariẽ legum sæpe mentio. Sic Iuuenal. Numq; aliud natura aliud sapientia suadet.

Νήκεστον, id est, immedicabiliter, quasi dicas νὴ ἄ-κεστον. Est enim νὴ Steritica particula, & ἀκέω significat medeor. Et eleganter dixit ἀμαυροτέρῃ γενεὴ posteritas quæ propemodum obliteratur. Neque enim tantum sumitur supplicium de ipso, sed de ipsius etiam liberis, nam illi postea deterius habebunt. Sicut & Mose dicit, quòd Deus sumat supplicium de his qui mandata eius negligunt in tertiã & quartam generationem. Græci hac de re libros scripserunt. Et extat libellus Plutarchi de his qui sero puniuntur à numine, & quærit mirabiles rationes. Eius uerba hæc sunt: Plus est diuina negocia consyderare homines existentes, quàm de Musicis disputare qui non sunt Musici, & de re militari, qui eius rei imperiti sunt.

σοὶ δ' ἐγὼ εἶδος ἀμύμονος ἐρέω

Hortatur ad laborem nũc poëta, ductũ argumẽtum à natura uirtutis. Nam ita proponit laborem, ut sit coniunctus cum uirtute & iusticia. Estq; egregia hæc sentẽtia Mala & improbitas ubiq; præ sõribus sunt. Vel peccare procliuè est et facilè, sed nõ est tam facilè recta facere. Hunc locũ imitatus est ille qui literã Pythagoræ descripsit, Et Ouid. inquit: Publica uirtutis per mala facta uia est.

μακρὸς δ' ἐ καὶ ὄρθιος ὁ μος ἐπ' αὐτὴν

Oportet enim, ut quod iustum est, simplex, planum, & perspicuũ sit, nam & ueritatis oratio simplex est, & rectum sibi per omnia constat. Ergo quoties aliquid proponitur de quo inter sapientes uiros non conuenit, illud fãlsum sit necesse est.

εἰς ἄκρον ἵκηται) Duplex lectio est. Sunt enim qui ἵκηαι. sunt rursus qui ἵκηται legant. Quòd si legas ἵκηται, tũc impersonaliter erit exponendũ. Οὗρος μὲν παιδείας ὃς ἀγαθὸς πάντα νοήσῃ.

Prior τυφλὸν fuit, uirtutem esse conunctam cũ labore, quòd labore ad uirtutem perueniatur. Nũc secundam proponit de diuersitate ingeniorum. Citat hunc uersum Aristoteles 1. lib. Ethicorum. Et Liuius interpretatus est hunc locum penè ad uerbum in Fabio & Minutio. Sæpe ego audiui milites cum primũ esse uirum, qui ipse consulat quod

in

in rem sit. Secundū eum, qui bene monenti obediat. Qui nec ipse consulere, nec alteri parêre scit, eum extremi ingenij esse. Minutij uerba sunt.

Ἀλλὰ σύγ' ἡμετέρης &c.

Hæc est demum de labore propositio. Laborare posßis effugere famem. Et argumentatur à locis honestatis, q, & Dijs et hominibus sint chari homines solertes Oderunt aūt semper dij ignauos. Addidit quoq; similitudinē, qua uitā inertium fucis comparat. Sunt aūt fuci degeneres apes, estq; genus insecti, simile qdē apibus, sed ingenio dißimile, illi sunt qui mel apibus absumunt, cum ipsi non laborēt. Et sic etiā Plinius meminit libro 11. cap. 6. Arist. lib. 9. de natura animalium inquit: Vesparū aliæ carent aculeo ut fuci, aliæ aūt habent. κόθυρος nomen uenit à κεύθω, quod abscondo, occulto significat, & οὐρὰ cauda, Nō enim exerunt aculeum sicut apes.

σοὶ δ' ἔργα φίλ' &c.

Repetit propositionem cum insigni commendatione laboris.

οἷος ἔνθα) positum est pro ὅμοιος εἶεν ἀεὶ ὑπὸ adiecticium est complendi uersus gratia adpositū. ἀεσίφρονα θυμόν) Hesychius ματαιόφρονα exponit, ὁ κούφας ἔχων τὰς φρένας.

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ &c.

Occupationes adiecit. Fortasse turpe tibi uideatur laborare, Atqui non est turpe laborare præsertim egenti. Citatur prouerbialiter hic uersus, mendicos debere esse impudentes, uerum hæc neutiquàm Hesiodi sententia est. Est enim duplex uerecundia, bona scilicet, & minus bona. Prodest in loco pudor, obest, siquis hoc ignauiã suam prætexat. Neq; aliud hoc loco pudorẽ uocat, quàm quod Virgilius dixit, Degeneres animos.

κτήματα δ' οὐχ ἁρπακτὰ θεόσδοτα

Est in omnium ore hæc sententia: Male parta male dilabuntur, honestè parta durant apud hæredes. Sunt enim θεόσδοτα, id est, diuinitus data.

εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέτα πολλὸν ἕληται.

Duo genera iniuriæ facit, quibus duplices artes parandi uictus intelligit. Sunt qui manus in alienas facultates injiciunt & ui rapiunt, hos raptores nominare licebit. Alij per fraudem & periuria ditescere cupiunt, quorũ magna ubiq; copia est. Hi sunt qui lingua prædantur, id est, mendacijs.

ῥᾳθύμους τε μὲν μαλακοῦσι θεοί.

Validissimum argumentum est, quo absterrentur homines à malefactis, uidelicet, metu pœnarum. Atque ea est secunda pars circũductionis, quæ absoluit sententiam.

ἠεσυδ' ὅς θ' ἱκέτην, ὅστε ξεῖνον κακὸν ἔρξει

Sequitur catalogus præceptorum de uarijs offi eijs. Idem, inquit, est flagicium hospitem lædere & supplicem. Maximi nanq; olim hospitale ius fiebat. Et nota est historia de Campano illo et Romano mi lite. Multa hospitalitatis mentio fit apud Homerũ. Nec hominis uocabulo digni sunt, qui eam non ex animo præstant peregrino & egenti. Et Iuppiter ξένι⊙ dictus est, q̃ in eius tutela sint hospites. Vnde est illud Virgilij:

Iuppiter (hospitibus nã te dare iura loquũtur) etc.

Apud Homerũ Odyss. ξ. Nausicaa puella dicit quã= topere sint Ioui curæ hospites et supplices cum ait,

πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες

ξεῖνοί τε πτωχοί τε. δόσις δ' ὀλίγη φίλη τε.

ἔρξει *Metathesis est. Venit. n. à ῥέζω ῥέξω in futu= ro. ἀνὰ δ' ἔμμια καίνοι. Tmesis.*

παρακαίεια *importuna, flagitiosa dicuntur.*

Οστε τεῦ ἀφαδίης &c.

Et sacra scriptura horrendum supplicium ijs mi natur qui pueros lædũt. Est enim alioqui ea ætas ob noxia malo. Bis aũt peccant qui lædunt orphanos.

τεῦ *pro* ευὸς *Doricè.*

κακῷ ὠῒ γήραος οὐλῷ

Antithesi quadã præcepta decalogi refert. Nã cum in decalogo doceamur, parentes esse honorandos, eamq; ob caussam addita sit promissio, nihil præcipitur hîc aliud, q̃ nõ esse contumelia & prohibris afficiendos. Itaq; & promissioni, quæ est in præceptis, Hesiodus comminatioñe opponit, q̃ Iuppiter tandem pro iniustis operibus asperam retributionẽ sit cõpensaturus. Est aũt elegãs metaphora ἐπὶ γήραος οὐδοῦ, id est, in limine senectæ, pro extrema senecta. Atq; hoc imitati sunt poëtæ latini

καθ' δύναμιν' ἔξειν &c.

Præceptum est de faciendis sacris. Et uocabant libationes quando in sacris fundebatur aut offerebatur uinum, Quemadmodum Aeneas apud Virg. in 1. cùm primũ ad Didonẽ uenerat. A σπένδω libo, quod est leuiter degusto, σπονδή uenit. κατὰ δύναμιν *secundum potentiam, id est, pro uiribus.*

ὄφ' ἁλλοτρίων ὠνῇ κλῆρον.

Hoc est, ut aliorum iuues rem familiarem, possessionem &c. Ad hunc modum etiam Christus in Euangelio monet ut simus pauperes, quo alijs possimus dare, non ut accipiamus, ὠνῇ *propter uersum* ο *in* ω *mutatum est.*

ἵν' φιλέωντ' ἢ πᾶσι καλῶν, ἵν' &c.

Adijcit

Adijcit quædam præcepta liberalitatis, ſed tamen alienora à primis illis iuſticiæ gradibus, ſicut Cic. in Off. facit. Nec eſt impium quòd inimicum omittendum eſſe monet, cũ & Salomon eius rei meminerit, cauendum tamen ne noſtro uicio accidat. Φιλεῖν *non amare tantum ſignificat, ſed etiam hoſpicio accipere, & comiter tractare, ut* (πειν χὴ ξεῖνον πρὸ ἑόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δ' πέμπειν καλεῖν δ' ὅς τις σέθεν ἐγγύθι.

Admonet uicinum ſtudioſe colendum eſſe. Cum enim tota noſtra uita ad ſocietatem comparata ſit, nemo ignorat, quàm ingens bonum ſit bonum habere uicinum. Nec poëta hanc ſententiam temere multis rationibus amplificauit, ubi uicinorum & cognatorum ſedulitatem in negociis obeundis & officijs præſtandis ita confert, ut quàm longiſſimè cognatos, ſi opus ſit alieno auxilio, uicini antecellant. Id quod & Caſitæ apologus apud A. Gellium indicat, ubi cognati multò minus faciunt quàm uicini. Nec Themiſtoclem fugit, quòd cum prædium uenditurus erat, etiam hoc per præconem addendum cenſuit, quòd haberet bonum uicinum.

Εὖ μὲν μετρεῖσθ' πρὸς χρήσαντ' &c.

Aliud præceptũ de mutuo perſoluendo, & citatur hic locus in Offic. à Ciceroe, ubi de gratitudine

ſcribit. Itē in claris oratoribus ferè citatur hic uerſi culus ubi dicitur de reddenda gratia, nec eſt ullum uulgarius ingratitudine uicium in toto orbe, licet Deus impunitum non ſinat. Nam & Salomō dicit: Non recedet malum de domo ingrati.

εὖ χρονικῶς exponi debet, quemadmodum ſupra quoq;, eſt enim ſubiunctiua particula, ut ſit ſenſus, ſi mutuo ſumpſeris, alterum ἐν abundare uidetur. Nam ita ſolent iterare has particulas, ut Homerus quoque.

μεξῆθι) paſſiuè exponendum, pro dimenſum accipere, uel mutuo accipere, du ſolt dir uuol laſſen meſſen. Suidas dicit μεξῆν, non tantum menſurare uel mutuo dare, ſed etiam mutuo accipere ſignificare. Docet autem natura ipſa gratitudinem, et illa lex naturalis uerè diuina eſt, etiamſi non eſſet præſcripta. Et cum nulla tam immanis belua ſit, in qua non ſit ſenſus gratitudinis, præſtandum eſt maximè, ut nec homo ab hac ſit alienus. Quid enim aliud ſibi uolunt exempla Leonis & Draconis, q̄ ut gratitudmem nobis commendent, ſiue ea uera ſint ue ficta ſint, nihil tamen aliud quàm gratitudinem ob oculos his proponere uiri ſapientes uoluerūt. Et qui gratias pinxerunt pro una fingunt geminas redire. Vna enim dat, geminæ referunt.

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν ἡ τοῦ &c.

Commendat nobis amicitiam illa ſententia. Iam cum nonnulli adeo moroſi ſint, ut planè abhorreãt à ſocietate, & nullum animal propius homine ad il lam accedat, addam etiam quòd plures nec habere nec colere poßimus, (nec enim ex quouis amicitiæ cõſtat, ſed ex ſimilibus naturâ) rectè Heſiodus præ cepiſſe iudicandus eſt, cum doceat non quoſuis in amicitiam recipiendos, & danti eſſe dandum, non danti, id eſt, ſordido nequaquàm. Et quanquàm hæ ſententiæ paulò gentiliores cum ipſa lege naturæ pugnare uideantur, ut indicat Plato in Gorgia, ta= men quia beneficium eſt compẽſandum, nec omnes iuuare poſſumus, nemini dubium eſſe poterit cer= tos quoſdam eſſe iuuandos. Non autem ſic obliga= ris illi qui nihil de te meritus eſt, ut obligaris bene= merito. Qui a naturaliter ſic obligati ſumus ut red= damus officium, quemadmodum & Iureconſultus ait obligari πρὸς χὰ τίσωρίαν.

Δὼς ἀγαθὴ, ἄς παξ δ' ἐκακὴ

Liberalitatis præceptum eſt. Quanquam autẽ nullæ leges cogant hominem ad liberalitatem præ ſtandam, ipſa tamẽ humanitas obtinet et cogit nos, ut beneſaciamus bonis uiris, & communem ſocie= tatem iuuemus. Quapropter & cum uirtute ita cõ

paratum esse uidemus, ut boni uiri etiamsi multa liberalitatis officia præstent, semper tamẽ læti & hilares sunt. Contrà mali etiamsi multa habeant, nunquam tamen tranquillam & pacatam conscientiã à furijs obtineant, ut uel hoc nomine doceremur, liberalitatem plurimi esse faciendam, non tam aliorum caussa, quorum inopiã nostrà liberalitate subleuamus, quàm nostrà quoq;, quòd animi tranquillitatem istinc concipimus & possidemus.

πακνόω) significat gelidum facio.

Εἰ γάρκεν ☾ σμικρὸν ☽ σμικρὸν

Ad multa utilis erit hæc sententia. Verum non ineptè ad studia literarum referri queat. Commendat autem diligentiam & assiduitatem nobis. Est enim iucundum præsenti copia frui, & semper aliquid habere præ manu. Et quanquam nemo adeò diues sit qui nõ alterius egeat, neq; quisquam adeò doctus, qui non opus habeat alieno adminiculo ad literas, tamen turpissimum est quotidie uelle emendicare, nec posse οἰκόσιτος uiuere. ἄδδο πας λιμὸν) id est, nigram famem, ab effectu dixit, quemadmodum Homerus frequenter ἄδδο πας οἶνον. Sunt enim famelici nigri, & fames solet nigriores reddere. Hunc græcismum imitati sunt Germani qui dicunt: der schuartz hunger.

αἰθω) *significat faciem comburens.*

Ἀρχομένῳ δὲ πίθου καὶ λήγοντι σπεῦδε.

Præceptum est de Parsimonia. Cùm res est abũ-de maiores sumptus facere potes, estq; humanitatis hoc. Verum nihil proderit tum primum uelle com-parcere, ubi patrimonium est amissum. Nam odio-sa est in fundo parsimonia, iuxta uersum:

Nil iuuat amisso claudere septa grege.

Rursus cùm res abundè suppetunt, non decet eius-modi sumptus facere, ut nihil reliquum facias, id e-nim prodigalitatis nõ liberalitatis esset. Sed memi neris iuxta Salo. ita deriuare fontes tuos foras, ut ta men horum dominus maneas. In summa, poëta u-traq; extrema liberalitatis fugienda monet, ut ne-que sis prodigus neq; sordidus.

Μισθὸς δ' αὐθὶ φίλῳ ἑτάρῳ ἐπιμετρήσασθαι.

Aliud præceptum, Mercenarij sunt benigne tra-ctandi. Et debes sufficienter mercedem soluere ijs quos conduxisti, ita illi uicissim operam dabunt, ut respondeant in laborando.

Καί τε κασιγνήτῳ πιστὸν ἔμεν

Egregia sententia, Non temere fidendum ulli. Nemini fidas, nisi qui cũ modiũ salis absumpseris. Item cum fratre iocans adde testẽ. Quòd si in ioco adhibendus testis, quanto magis in rebus serijs? Epi

theton est in participio γελάσας, *quasi dicat, Vide ne uerba quæ iocando dixeris inuertantur tibi, itaq; teste conuenit cum fratre iocari.*

Πίστις ἄρα ὁμῶς κ ἀπιστία

Id est, Credendum est & non credendum. Vtile cum primis præceptum, quodq; inis sensibus reponendum est. Illi enim potissimum experiuntur quæ uis sit huius sententiæ qui uersantur in Rebusp. & grauioribus causis, præsertim periculosis temporibus. Nec Græci frustra monuerũt μέμνησο ἀπιστεῖν. *Nam si propter fucatam amicitiam uix fratri est adhibenda fides, quantum alijs fidendum sit, facilè æstimari potest.*

Μὴ δ' ἐχυὴ σὸν νόον πυχνόλοφον

Præceptum est de scortis. Probat enim Hesiodus coniugium. Nam de eo infrà dicit.

πυχνόλοφον) *composita dictio est, quasi dicas, ornans nates, à* πυγὴ & σέλλω.

σὸν νόον) *te mentem, id est, tuam mentem. Vtuntur enim primitiuis pro deriuatiuis.*

Φιλήτης) *Hesychio* καλέτης κ λῆστὴς ὅτι, *ab* ἑῶ & ἄλω *composita dictio,* Φιλήτης *uero amator.*

Μνοσχυνὴς δὲ πάϊς σώζοι

Oeconomicon hoc præceptum est, quo non aliud admonemur quàm iuxta uetus prouerbium, Oculo Domini saginari equum. Est enim primum (secundum Catonis sententiam) in re rustica bene colere.

Φερβέμεν) Ionicus infinitiuus est.

θυμὸς δὲ θάνοις &c.

Duplex sensus horum uersuum est. Prior ratio est, quò maior liberorum grex relinquitur, hoc sælicius procedere rem familiarem. Sic enim & Germani prouerbio locũ fecimus. Altera est, quòd res domestica non uniùs tantum opera potest augeri. Si quidem unus uir nullus uir, ut habet prouerbium.

σοί δ' ἐι πλούτου θυμὸς ἐέλδεται

Conclusio generalis est, quæ continet laudem assiduitatis & industriæ. Assiduitate diteſces, inquit. Sis sedulus in opere tuo, & diteſces iuxta uersiculum:

Gutta cauat lapidem, non ui, sed sæpe cadendo.

IN HESIODI LIBRVM SECUNDUM Enarra. Phil. Mel.

PRiore libello præcepta de moribus traditæ sunt. Secundus liber continet præcepta agriculturæ. Et quanquam discendæ Græcæ linguæ causa enarratur hic author, tamen si quam uti-

litatẽ & rerum cognitio, quæ hic docetur, adferet, non uerba tantum, sed res etiam consyderemus & discamus.

Quondam proderant hæc Hesiodi præcepta agricolis, quia quo quidq; tempore facerent hinc discebant, nobis plus prosunt Physica & Astronomica quæ aspersa sunt. Nam sæpe caussas naturales tempestatum, & aliarum rerum commemorat. Porrò etiam totius anni tempora discernit per insignium syderum ortus & occasus. Ita docet totam rationem & uarietatem ortus & occasus. Primum autẽ perliberalis & ualde honesta cognitio est omnium Astronomiæ partium & dignißima bono uiro. Sicut Ouidius testatur cùm ait:

Fœlices animæ quibus hæc cognoscere primum
Inq; domos superas scandere cura fuit.
Credibile est illos pariter uicijsq; iocisq;
Altius humanis exeruisse caput.

Secundo necessaria est cognitio cœlestium motuum, quia oportet nos in rebus publicis habere descriptionem anni & mensium, quæ si non haberentur, nulla posset memoria præteritarum rerum haberi, & multæ præsentes res intempestiuè fierent. Et Deus præcepit ob eam caussam astra obseruari cùm dicit, erunt in annos. Hic uerò libellus Hesiodi ita scite totum annum metitur, ut si fastos non habe-

remus,

remus, ex Hesiodo confici possent. Et quidem hæc ferè tota uetus Astrologia fuit.

Tertiò magnas adfert utilitates, quia ex cognitione cœlestium motuum, tempestates annorum, fertilitas & sterilitas præuideri possunt, ut licuit animaduertere anno ab hinc tertio, ubi propter uim aquarũ multis locis corrupta seges est. Ideo et Moses ait: Erunt in signa tempora, & annos, id est, diuersitatem temporum sydera efficiunt, ut aliâs æstus sit maior, aliás frigus acrius, aliâs maior siccitas, aliâs magis uuidus uër sit.

Pleiades manipulus est septẽ stellarum in tergo Tauri, quæ conspiciuntur noctu ferè p totã hyemẽ. Porrò, noctu conspici est oriri χθονικῶς, ut apud Ouidium. Quatuor autumnos Plëias orta facit.

Sub initium Maij cũ sole subuehuntur mane supra terram, id est oriri κοσμικῶς. Mense Iunio prodeunt, ita ut mane conspiciãtur, idq; uocant oriri ἡλιακῶς, paulo ante solis ortũ conspici. Ideo Hesiodus ait messem instare cùm oriuntur Pleiades, uidelicet ortu Heliaco. Nouembri mane sub terram descendunt, cùm noctu conspectæ sunt, id est occidere κοσμικῶς. Id uerò tempus semẽti faciẽdæ idoneum iudicant Agricolæ. Ideo Virgilius dixit:

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur

Debita quàm ſulcis committas ſemina &c.

Id eſt, mane occidant, quod fit Hyeme. Sed ubi ci tius hyems eſt, citius ſerunt, ut in Germania, id quo que præcipit Virgilius:

Dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent.

Dicuntur Pleiades, quòd ſit plurium coniũctarum ſtellarũ proprius cœtus. Latini Vergilias dixerũt, quòd in uere oriantur. Atlantis filiæ finguntur, & credo Atlanti eum honorem haberi quòd docuerit aſtronomiam. Poëtæ triſyllabon faciunt πλειάδας, in ſoluta uerò oratione diſſyllabon eſt pleias. (eſt Επιτελλομένων*) α, Ionica dialecto ĩterpoſita*

αἱ δ' ἀριγνώτας τὲ Θ'' ήματα τεσσαράκοντα.

Quòd dicit quadraginta dies noctesq; latere Vergilias, ſic accipe, à Maio ſubductas ſupra terrã interdiu non cerni, propter uicinitatem ſolis, magna parte æſtatis, noctu uerò ſub terra ſunt. Poſt mẽſes duos mane cernuntur ubi longius iam ſol diſceſſerit à Tauro. Deinde menſe Octobri poſt matutinum occaſum noctu rurſus cernuntur. Neq; eſt ſic accipiendum, quòd poſt occaſum matutinum, poſt autumnum lateãt, nam ita noctu cernerentur. Nũc poëta nec noctu nec interdiu conſpici dicit. Id fit in æſtate dum ſol propius Taurum uerſatur.

κεκρύφατ) *tertia perſo. eſt præt. paſ. ut apud*

Home

Homerum in 2. Iliad. Ἧς τε φάτις, *Addunt enim Iones* τις *tantum ad præte. Actiuæ uocis.*

πέλομαι) *exisio, inde* περιπλομένος, *& est perpetuum anni epitheton. Gellius diligenter hanc uocem reddit. lib. 3. cap. 16. pro decurrente ad finẽ anno, & non circumacto anno.*

Οὗτός γε πολίων πέλεται νόμος

Elliptica oratio est, uult enim dicere, illis qui prope mare habitant, quiq; ualles concauas &c. hæc lex seruanda est.

Ἄγμος) *paluſtrem terram significat.*

Γυμνὸν αὖτε

A signo describit rursus tempus arationis & meßis. Est autem arandum ante maximam sæuiciẽ hyemis. Et commodè adiecit adhortatiunculam. Vide ut res tua tempore conficiatur, ne cogaris aliena uiuere quadra.

ὥς γε ἕκαστα ὥρι' ἀέξεται) *Verbo singul. num. nõ mẽ plur. num. adiunxit, quod Græcis familiare est.*

πεπώσω) *Id est, trepidè peto alienas ædes.*

Ἔργα τά τ' ἀνθρώποισι

Causa, quare sit laborãdum. Quia homo factus & ordinatus est ad labores. Neq; frustra est quòd hoc tam sedulò inculcat & urget poëta. Nam præterquàm quòd Dei uoluntas est laborare, etiam hoc

ſignificare poëta uoluit, non poſſe fieri ut quis honeſtè uiuat, niſi ſimul laboret. Et quemadmodũ maximæres dilabuntur per diſcordiam, ita quoq; per ſocordiam ac negligentiam, ut ſæpe uſu uenire uidemus. Sunt enim qui tametſi non magnos faciant ſumptus, nec dilapident rem familiarem, tamen ſocordia ad extremam paupertatem rediguntur.

κατεκμείσομαι) *eſt ordino, conſtituo.*

Οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε

Primus uerſus huius libri continebat propoſitionem, complectens ſummam agriculturæ, meſſis uidelicet & arationis. Nunc narrationem cõtexit, quæ generalia quædam præcepta continet, de conſtituenda re familiari.

κτητὴν οὐ πρεμετὴν.

Ariſtoteles œconomiã ſuam incepit ab hoc uerſu, & refert ad uxores, cum ancillam intelligat poëta. Nam poſt de uxore loquitur. Eſt elegantiſſimus locus de coniugio in Xenophonte, quem Columella optimis & præſtantiſſimis uerbis expreſſit in præfatione 12. libri. κτητός, *ancillam emptam ſignificat & non nuptam.*

χρήματα δ' ἐν οἴκῳ.

Commendat ordinem & curam in re domeſtica hoc præceptum. Columella. n. nihil magis prodeſſe dicit

dicit q̃ si seruetur ordo. Vetus, inquit, est prouerbium, Paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeas, uti eo non posse, quia ignoretur ubi proiectum iaceat quod desideratur. Itaq; in re familiari laborosior est negligentia q̃ diligẽtia. Sic accidit in nostris studijs. Sunt qui multas sententias tenẽt, sed cum est dicendum & stilus exercendus, nullæ prorsus ueniunt in mentem. Quid sit in caussa, dictũ est.

ἡδ' ὥρη παραμείβηται

Oportet agricolam diligenter obseruare occasionẽ, quia nõ leuis iactura est in mutuo accipiẽdo, dum enim mutuum petis, perdis tẽporis occasionẽ.

Μηδ' ἀναβάλλεσθ' ἔστ' ἄνυσιν

Sunt hæc cõmunia præcepta de non cunctando. Rectè Ouidius in hanc sententiam dixit:

Qui non est hodie cras minus aptus erit.

ἔννη) significat postremũ mensis diem, significat item tertiam lunã seu perendinũ diem, ut apud Aristophanẽ, (quẽ Suidas citat.) θάρσει, κατατεύξη κἂν εἰς ἔννης ἔλθῃς, αὐτὶ τᾶ εἰς τρίτην.

ἡμὸς δὴ λήγειμένω

Secundum præceptum est de aratro faciẽdo, & quando cædenda sit materia ad rem rusticam. Ordi tur autem à Chronographia.

ἰλάλιμον καῦμα) ὅ ἰδρωτοποιὸν exponũt,

id est, æstus qui sudorem ciet.

μῦ δὲ ῥέπετῃ ἑρότεῳ χεὼς

Id est, remisso æstu respirat corpus. Nam propter æstum & calorem corpus prorsus torpet, neque homines solum ita afficiuntur, uerum etiam inanimata.

Δὴ γὴ τότε σείριος ἀστὴρ &c.

Sirius stella in ore canis maioris, quæ cum leone supra terrã subuehitur, sicut Lucan. in 10. testatur,

Qua mixta Leonis
Sydera sunt Cancro, rapidos qua Sirius ignes
Exerit &c.

Deinde ubi sol accesserit Scorpium, mane aliquantisper ante Solem supra terram subuehitur Heliaco ortu. Deinde orto sole statim labitur sub terram. Ideo dicit Hesiod. nocte frui Sirium, id est, mane aliquantisper ante solis ortum supra terram emergere, at non cõmorari diu post solis ortum supra terram. Nomen Sirius ἀ σειρεύω factum est, quod inflammare, arefacere significat.

ἧμος ἀδηκτοτάτη πέλεται

Describit commodum tempus secandi ligna. Durant enim hæc lõgo tempore, nec sunt obnoxia corrosioni. Hoc significat ἀδηκτοτάτη, id est, incorruptissima à δήκω. i. mordeo, quæ nõ mordetur à uermibus.

Per

Per ὅλμον ξιπόδην, *mortarium trium pedũ intelligere uidetur. Suspicor enim talibus mortarijs usos esse pro molis.*

δῶρον *Græci appellant palmum, quòd munerum datio* δῶρον *appelletur. Id autem semper geritur per manus palmi. Victruuius libro secundo.*

γύην) *id est, dentale, uocant lignum cui uomer inseritur, quòd tanquam artus continent corpus humanum sic dentale contineat uomerem.*

πρίνινον) *id est, iligneum, est enim ualidissimũ.*

εὖ τ' ἄν Ἀθηναίης

Cererem uocat Athenæam, quòd ipsa Athenienses atq; adeò omnes homines de frugibus docuerit. Potest tamen etiam uel ad Erichthonium, uel ad Triptolemum referri.

ἔλυμα) *id est, buris, lignum longum est cui insertum est dentale. Locum Vergilij 1. Georg. cum hoc confer, qui sic incipit:*

Continuo in syluis magna ui flexa domatur
In burim &c.

λοιὰ δὲ θάλπῃ ἄροξαι

Indicat patremfamilias oportere benè instructũ esse, ne quis casus per inopiam supellectilis remoretur rusticum laborem.

ἀὐτόγυον) *uocant cùm uomer est insertus den*

ἄξαις ab ἄγω uenit, quod in præsenti in usu nõ est. ἄχιον) quod non arroditur à uermibus, non sentiens illos uermes. κίς enim uermis ligni est.

Λάφνης) Plinius numerat quoq; illa ligna inter ea quæ cariem nesciunt.

Βόες δ' ἐννάετήρω &c.

Cuiusmodi boues conueniat agricolam habere.

Τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταέτὴς

Habes hoc loco præceptum de ministro, qua hunc ætate & moribus præditum esse oporteat. Et si tantum in ministro requirit Hesiodus, ut iuuenem bobus præficere noluerit, quantò minus Ecclesiasticis & Rebusp. præficeret. ὀκτάβλωμον) id est, octo morsuum, ita tamen ut unum frustum habeat binos morsus, βλωμὸς morsum significat.

Ὃ ἐπασσοίην ἀλέασθαι

Hoc Verg. in 1. Georg. imitatus est hunc in modum: Dum sicca tellure licet &c.

Nam sera satio obest, neq; secunda satio tantum commodi habet, quantum tempestiua illa cum robusta farra serantur.

Πολέειν aut Πολιέειν) est percelli & tanquàm attonitum reddi, gaffen.

Φάζεσθ' ἦ λ' ἔστ' ἄν

Hactenus supellectilem rusticam & familiam agricolæ

gricolæ pertractauit, sequitur nunc quando sit ara-
dum, & quoties sit arandum. Porrò Poëtæ fingunt
grues auolare in meridionalẽ regionem, in Aegyp
tum uidelicet, ubi belligerantur cum pigmeis, ut est
apud Homerum. Iliad. lib. 3.

Αἵτ' ἐκπέρ θ' χειμῶνα φύγον, & ἀθέσφα-
τον ὄμβρον.

Verum Albertus scribit non esse fabulosum, sed
quòd sint ibi monstra quædam similia hominibus.
Imitatus est hunc quoq; locum Hesiodi Vergilius in
1. Georg.

κραδίην δ' ἔδακε ἀνδρὸς) Id est, terret eum
cui non sunt boues, propterea quòd iam instat tem
pus postremæ arationis. In dictione ἀλοήτεω lon
ga breuem concipit, ut sæpe supra.

ῥηϊδίην δ' ἔτος εἰπεῖν

Negligentiam & inscitiam rusticorum taxat,
qui non consyderant quibus opus habeant, sed in
alienam opem semper sunt intenti, id quod miserri
mum est. Est autem iucundũ cùm primis in hoc car
mine, χεῖμα πρὸ καιροῦ λείπειν, quo confutat
eorum rationem qui obijcere poterant: Si quid de-
syderabimus in re familiari nostra, poterimus ab a-
lio mutuo petere. Et respondet eadem opera posse
petere & negare aliquem.

Ab ἀ privativo & αὐδάνομαι compositū ἀπανύναδι, & significat denegare.

Νήπιος οὐδὲ τόγ' οἶδ' &c.

Id est, ignorat q; lignis opus sit. Nā magna cōgeries bonorū lignorū opus est ad fabricandū currū.

Εὖ τ' ἄν λὴ πρώπης &c.

Totus ille locus ad arationem pertinet, & est adhortatio ut statim admoueant manum operi, nō tantum famuli, sed & ipse Paterfamilias. Addit deinde signa & circumstantias, qualis terra sit aranda, sicca scilicet & humida. Columella in hanc sententiam inquit: Neq; succo careant, neq; abundent uligine. Ita Hesiodus iubet siccam & humidam arare, id est, non lutosam, & tamen madefactam. Meminerunt quoq; huius præcepti Plinius & Theophrastus.

Εἰ δ' ἀεὶ τὸ λεῖον, ἄρε &c.

Præceptum est de reliquis arationibus. Pingue solum solet quater arari, bis solem bis frigora sentit, sicut est solum Italicum. Qui uerò tenuius solum habent, ter arant. Prima aratio est proscißio. Secundò arant mense Iunio ante solstitium, latini iterationem, nos brachen uocamus. Postremo ante sementem aratur, hoc Latini tertiationem uocant.

Νειὸν δ' ἐς τριέτην &c.

Adiecit

Adiecit præceptum quòd interualla sint facien
da agris quibus interspirent & quiescãt, sunt enim
multò feraciores si permiseris interualla, quàm si=
ne interuallis. Estq; hic locus cõmendatio noualis.
Nam cùm terra quotannis ferendo nõ sit defatiga=
ta, nec penitus exhausta, fit ut copiosiorem fructũ
ferat & gratior quoque sit. Est autem nouale, teste
Plinio, quod alternis annis seritur. Operæprecium
faceret studiosus puer, si quæ sunt in primo Georg.
Verg. cum hoc loco contulerit, ita sine negocio He=
siodi sententiam poterit adsequi.

ἀλεξιάρη) id est, pellens execrationem, solent e=
nim agricolæ maledicere quando fructus ex sentẽ=
tia non proueniunt. Sic Hercul. ἀλεξίκακος di=
ctus est, quòd depulerit mala hominibus, & fuerit
domitor monstrorum.

εὐχεσθαι γὲ νῦ χθονίῳ &c.

De sacris faciendis præceptum. Admonet supe
ros esse precandos, ut hominum studia & labores
bene fortunent. Idem facit Verg. & Xenophon ma
gnificè in Oeconomia. Quidam per terrenum lo=
uem intelligi putant Plutũ, ego uerò eum puto qui
gubernat & regit terrena.

ἱερὸν, id est, arã. Alludit enim ad Eleusinia Ce=
reris sacra quæ Athenis fiebant, & uocabãtur my=

steria. Videntur autem mihi fuisse cõspirationes & fœdera, quibus se adstrinxerant ad ciuilia officia ciues, hoc potest colligi ex Cicerone, ubi de Eleusiniis sacris disputat. Erant autem maiora & minora sacra, & hæc sub autumnum fiebant. Porrò fingũt Cererem, cum per orbem quæreret filiam, humaniter ab Atheniensibus receptam esse, & ideo illis hanc gratiam reddidisse.

Ἀρχόμενος τὰ πρῶτ' &c.

Circumstantia est quomodo sit arandum, nam supra dixit quando & quoties sit arandum.

Ενδρυον) *lignum significat quod est proximũ temoni, alioqui cor arboris hac uoce signficatur.* μεσάβοιον *integrum est, Pcẽta* μεσάβον *fecit. Iulius Pollux lorũ esse dicit quod boues iugo alligat.*

τόνον ὀρνίθοσι πδεῖν

Illa fuit absolutio sententiæ, est aũt solœcum hoc quod á Græcis fieri solet. In arando debet subsequi aliquis, q scamna. i. maiores glebas confringat. Vergilius: Multũ adeò rastris glebas q frangit inertes Vimineasq; trahit crates &c.

Et Plinius: Crate dẽtata, uel tabula aratro annexa, quod uocant lerare, operientes semina.

Hæc descriptio agriculturæ non conuenit cum nostra. μακέλη *dicitur eyn hacke uel bicke.*

ἀκέλη eyn karst. Ver. locũ de occatiõe huc refer.

οὐ θυμοσύνη γὰρ ἀείκελα etc.

Epiphonema est. Crede mihi, multum commodi ad fert industria. Homo ignauus uix unquam ditescet. Solet autem sic poëta subinde spargere sententias de diligentia, quòd sine ea nemo quicquam laude dignum efficere potest. ἀδρὸν) μέγα πάχυ Hesy chius exponit, nos feyßt, fruchtbar. Et est sensus, si ita fregeris glebas, ubi ita subegeris solũ, spicæ mul tent ad terram. Elegãs pictura seu ζωοτύπωσις huius carminis, qua rem ita describit, ut oculis pla nè subijciat.

ἐπεὶ τέλος ἀνδάνει ὁλύμπῳ

Egregia hæc sentẽtia est, quam nemo negare po test ex Patrum religione manasse, ac ueluti per ma nus traditam esse. Conuenit enim cum primo deca logi præcepto, quo iubemur Deum honorare, ac il li fidere. Timemus cũ impia fiducia nostri relicta, omnem spem in Deum collocamus, hoc unum cogi tantes, ne in rebus prosperis insolescamus, contrà in aduersis deijciamur.

Ad hunc modum Hesiodus Agriculturã, et quic quid est laborum nobis commendat. Vult ut pro se quisq; acriter in laborem animum intendat, uerum

finem laborum, & ut nos uocamus benedictionem, non nisi à Deo expectet. Quòd si ille laboribus nostris affulserit, ac gratam auram commoda tempestate aspirauerit, nemini dubium esse debet, quin suum quoq; labores adsequantur finem & huiusmodi fœlix messis proueniat, ut (quemadmodũ hîc dicit Poëta) sit utendum omnibus uasis repurgatis, quibus diu non sis usus.

πολιὸν ἔρ) *Id est, Canum uer, Epitethon ueris, quod adhuc ab hyeme & pruinis canescit.*

θὲρος χέων) *cum ω in antepenul. scribẽdum est, Concipit autem rursus longa breuem, ut sæpe iam suprà.*

Εἰ λέκεν ἠελίοιο τροπῆς ἀρόης

Aliud præceptum est, uidelicet quod tẽpus sit uitandũ, nec est quòd ordo in præceptis te magnopere moretur. Poteris enim per te fingere tibi uel hunc uel alium ordinẽ, sitq; hoc secundũ præceptũ.

τροπὰς) *Græci omnes conuersiones uocant. Estq; τροπὴ χειμερινὴ & θερινὴ, id est, solsticium æstiuum & hybernum, quod Latini raro solsticium, sed brumam uocârũt ἀπὸ τῆς βραχείας ἡμέρας ut Seruius ait. Vocant etiam æquinoctia conuersiones, quia tunc Sol quasi conuertit se, & incipit descendere. Ita in conuersione hyberna, quando Sol*

longissimè

longissimè distat propter obliquitatem, tunc uertit se, & incipit ascendere, quia est statio solis. Ideo monet non esse arandum sub Brumam.

Οἴ τοι δ' ἐν Φορμῷ &c.

Extenuatio est, Domum portabis, non uehes, opus erit tibi calatho, non onusto plaustro, habebis enim multum culmorum, & parum granorum.

Φορμὸς *dicitur quicquid consutũ est,* Φόρμιον *stragulum factum ex iuncis, eyn decken, hinc Phormio parasiti nomen.*

Ἄλλοτε δ' ἄλλοῖ Διὸς νόος αἰγιόχοιο

Tertium præceptum, Alio tempore sunt aliæ tẽpestates, aliquando citius, aliquando serius serendum, ut sinent tempestates. Quia nonnunquàm differt Iupiter tempestatem, & quando nos fœlicissimum annum speramus, tunc deploratissimum experimur. Ergo cui committẽda huius rei cura, ut perficiat ex sua sententia quæ uolet.

Εἰ λέχεν ὄφρ' ἀρόσῃς &c.

Quartum præceptum de sera aratione. Sin autem sero araueris, hoc poterit esse remedio, & uerna aratio tum fœlix esse poterit, si plucrit ad tertium usq; diem, ita ut pluuia neq; superet ungulam bouis neq; destituat, in summa, ut impleat uestigia. Nam tum terra permadefit, & uerna satio nihil in

firmior fit autumnali. Et quia humor eſt principiũ uitæ, ideo fit quòd humor tam facilè nõ lædat quàm ſiccitas. Eſt autem pulchra periphraſis Veris, cùm inquit, Τέττιξ κόκκυξ κοκκύζει. *Cuculus enim ueris tempus adeſſe cantu ſuo prænunciare ſolet. Et principes Saxoniæ hunc morem habent, ut qui prior arcu percuſſerit cuculum, aureum habeat.*

Εν θυμῷ δ' ἐν πάντα φυλάσσεο

Admonet rurſus diligentiæ, ſolet enim Poëta ſubinde morales ſententias aſpergere, præcipuè de ſedulitate, cuius uſus & uis in omnes uitæ partes ſe extendit. Nam ut res diligentia creſcunt, ita ſocordia decreſcunt. Iam cùm nemo ſit, quem admodum Quintilianus inquit, qui non labore & diligẽtia ſit aliquid conſecutus, quæ prauitas humanæ mẽtis eſt, aut quæ uecordia, oſcitantiam magis, quæ decori hominibus eſt, quàm diligentiam, ex qua nomen dignitaſq; paratur, uelle amplecti? In ſtudijs literarum homines docti ſocordia multa dediſcunt, ut eſt uidere in Cicerone & Hortenſio. Rectè itaq; Heſiodus facit quòd tam diligenter ſedulitatem hominibus commendat.

Πὰρ ἴθι χάλκειον θῶκον &c.

Monet orationis tempore & cum negocia ſunt expedienda, conuenticula et alias nugas relinquendas

das esse. Atq; hunc loc̃u, quia perutilis est, quibus dã circũstantijs amplificauit. Prior est, quòd quamuis nos simus cessatores, tamẽ tẽpus minime cesset aut fŏrietur. Eam sententiã deinde repetit & auget ab effectu famis. Siquidẽ tempus consumis, quod in opere faciundo sumere tibi potuisses, fiet ut ignauia te in hyeme deprehẽdat, et fortiter cogaris esurire. Quòd si famẽ uitare nõ poteris, certũ est, quòd in ualetudinẽ aduersam incides et maximè in dolorẽ pedũ. Solet aũt frigus naturaliter tumorẽ afferre, qa sanguis frigore coagulatur. Arist. prima sectione Problematũ scribit fame diutina laborantib. pedes ĭtumescere. Huc alludit Hesiod. cũ iubet cauere, ut fame tumefactũ pedẽ demulcere nos oporteat.

χάλκεον θῶκον) æneam sedem, tabernam uocat, erant enim consessus in officinis ferrarijs.

Ἐπ' ἀλέα) in locis calidis exponi potest. Quãquàm suspicor mendum esse in tono, ut sit ἀλεᾶ scribendum ab ἀλέομαι euito, uerum nolo quicquam mutare. Vsus est autem & supra ὡς cum accusatiuo in ista significatione dum ait, ὡς ἀπίρονα πῆαν. ἀλεόν uerò locum tepidum in aprico sitũ significat. λέσχαι) quõdã dictæ sunt cõuenticulæ Philosophorũ, deinde qa inter ipsos de rebus leuissimis plerunque agitabatur, factum est, ut λέσχαι

dicerentur uulgo nugæ. Suidas Homerum citans, inquit: λέχας; ἔλεγον δημοσίους ζυνας τοπους, ἐν οἷς χολὴν ἀπο τοῦ ἐκαθέζοντο πολλοί. ὅμηρος. οὐ θέλεις ἔνδον ἐν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθών. ἥ πυ ἐς λέχην.

Πόλλα λ' ἄφρηος ἀνὴρ &c.

Ignauiæ effectum prosequitur. Indigens uir multa mala concipit in animo, fieri enim non potest, ut mens hominis planè sit ociosa, itaq; uarios dolos ac fraudes excogitant hi qui rerum inopia laborant. Vnde Columella rectè dixisse iudicandus est, dum inquit: Homines nihil agendo male agere discunt. Nihil enim usquam quicquam scelerum est, neq; ulla quantumuis pessima flagicia designantur, quæ nõ ex ignauia ueluti ex fonte promanãt. Huius rei passim in omnibus ciuitatibus, pagis & uicis plura exempla quàm numerari queant, à circulatoribus & decoctoribus ædũtur, qui dum inanem spem (ut Hesiodus uocat) nimis diu foueêre, tandem ad furta, latrocinia & sacrilegia animum applicant. Quare, ut hæc flagicia è medio tollantur, solus labor remedio esse poterit. Est enim per laborẽ aditus ad uirtutem, per desidiam uerò ad omnia genera flagiciorum non aditus tantum, sed rectißima uia.

Δείκνυε λὲ λμώεσσι θέσεσ

Spargit

Spargit rem in personas, atq; ita temporis circumstantia auget. In media æstate certa opera præscribe. Sequitur ratio, quia non semper æstas erit. Hæc sententia speciem prouerbij habet, qua monemur occasionem temporis non esse negligendam. Et nota est fabula de formica & cicada. Quin & Germani uulgari dicto cessatorum socordiam notamus cum dicimus, Post gratum solis calorem, ingratum frigus experiemini.

Ἄρεις pro Ἄρους Doricè.

Μῆνα δ' ἐ λιμναιῶνα

Amplificatio est à temporis descriptione longiori. Describit enim hyemem, & est similis locus apud Vergilium in Georg. copiosissimè tractatus. Λιμναιὼν, mensis Brumalis est, partim cadẽs in December, partim in Ianuarium. Luna Græcis menses faciebat, non ciuilis ordinatio aut Sol. Porrò λιμναιῶνα Ianuariũ esse apparet ex Gaza qui ait: λιμναιῶνα ἢ ὃν ἀνθεστηριῶνα Ἰανουαρίου ὄντα, id est Limæona autem & ipse norat Ianuarium esse. Limæa enim Bacchi feriæ & Pythia sub id tempus agebantur, cum uini primitias libabant. Commentarius in Equit Aristophã. continet adolescentes eo tempore solitos fuisse circumuehi, qui de plaustris conuicia iaciebant.

Κούδδρα) *frigora uocat quæ adurunt & excoriant boues, sunt ea autem in mense* December*i, cum maximis Aquilonis sentitur, cui Germani à frigore nomen fecerunt, cum uocant eyn schinden hengst, quasi dicas excoriatorem boum.* Λέρω *Græcis excorio significat.*

πνεύσαντος Βορέαο δυσηλεγέος

A circunstantijs rem tractat, uidelicet unde spiret Boreas, *& quid soleat fieri cũ spiret. Spirat autem per* Thraciam, *quia ad septentrionem Græcis* Thracia *sita est. Multas quercus, altas abietes de monte deijcit in uallem ad terram. Deinde auget ab habitu animantium. Etiam feræ sæuitiam hyemis ferre non possunt, quas natura munijt, quantò minus nos.*

δυσηλεγέος) *scilicet glacies, id est, molestæ à* δύς ϖ ἀλέγω, *curo, q. adferant molestam curã.*

καί τε δ' αἶγα ἄησι

Capræ epitheton est hirsutam esse. Vergi. in 3. Geor. testatur capras ualde obnoxias esse frigori.

Τροχαλὸν λὲγέροντα τίθησι

Distributione quadam hyemis incommoda recẽset, & aptißimè dicit incuruum senem Boreæ *iniurijs obnoxium, q. hæc ætas omnium maximè gaudeat sole & fugiat frigus, unde notum est illud:* Et

apricos

*apricos meminisse senes. Periphrastic*ῶ*s autẽ uirginem innuptam descripsit, quòd opera aureæ Veneris ignoret.* Estq; *diligenter obseruandum quòd innuptæ non prodibant in publicum, sed adseruabantur domi. Sed hæc cantilena non grata admodum foret nostratibus puellis.*

λίῳ) *Apocope est pro* λιπαρῷ ἐλαίῳ, *id est, pingui oleo. Nam postrema syllaba abiecta est.*

ἧματι χειμερίῳ ὅτ' ἀνόστῳ

In hac descriptione hyemis & Polypi piscis mẽtionem facit. Cuius hæc natura est, teste Plinio lib. 9. ca. 29. ut fame laborans sibi pedes arrodat, quo maxima hyemis sæuicia notatur. Et quia uehementer frigore lædi tur latet plurimũ in antro suo, nec egreditur piscatum, unde colligi quoq; potest in frigidioribus aquis non esse, per æstatem conuehit & reponit uictum, perinde ut formica, testis est Theophrastus. Sunt autem polypi multæ species. Verum maximè cũ illis cognatus esse uidetur quos Albertus Raias uocauit, die rochen. Piscis magnus est habens octo pedes, in quibus duo extremi pedes cotilidones habent. i. cõcauitates, qbus nititur et affigit se his quæ prehẽdit. Vnde in Aulularia Plautus ait de auaris: Ego istos noui polypos, ubiqd tetigerũt tenẽt. Athenæus multos authores citat, q scripserũt

fame laborantem polypum in cauernis brachia sua rodere, cui sentẽtiæ & Oppianus & Albertus suffragantur. Sed Athenæus & Plinius putant id accidere polypo à congris. Hesiod. uerò hanc speciẽ ἀνόστεον *uocat, quòd spinam non habeat, sed cartilaginem pro spina. Dicunt illum uenari pisces mira industria, cum alioqui sit animal timidum. Verum ita comparatum est, ut illi consilio polleant natura, quibus robur est negatum.*

ἀλλ' ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν &c.

Id est, Soluertitur supra populum nigrorum hominum. Intelligit autem Aethiopes qui sunt in Africa, quorum etiam nunc quidam sub imperio Caroli Cæsaris sunt. κυάνεον *Græci uocant quod nos cæruleum, lasur, estq; metalli genus, metaphoricè pro obscuro & atro. Est autem sensus, Sol uoluitur supra meridionales homines, nec diu moratur supra nostrum hemisphæriũ, uidelicet Græciæ.*

Καὶ τότε δὴ κρατοὶ

Adhuc in hyemis descriptione commoratur. Cornutæ feræ et non cornutæ lugubriter frendentes per syluas fugiunt.

μύλη *dentem molarẽ significat, à quo fit uerbum* μυλιάω *quod significat dentes incutio, stridco propter frigus, o litera interposita est.*

δρυός)

δρυά) *loca arboribus consita sunt, Hesychius* περιῆ*scribit.*

πλάφυ) *pro* πλαφορόν *Apocope est, & significat specum & concauitatem petrosam.*

Τότε δ' ἡ τείπο δὴ ἕρος ἔσκε ἰδοῖ

Est hoc loco Poëta delectatus ænigmate Sphingis. Nam senes solent in baculum incumbentes demisso capite incedere, & terram inspicere. Vnde & silicernij dicti sunt. His similes esse dicit feras, cum penuria uictus laborantes propter niuem, undiq; per syluas discurrunt.

νίφα) *rursus Apocope est pro* νιφάδα, *frequens Homero.*

Ἠ τότε ἔσασθ' ἐς &c.

Versatur per omnes circumstantias corporis, & monet propter frigus arcendum, crasso panno & multis pilis intertextis utendum esse. Græci uerò usi sunt admodum honesto uestitu, quemadmodũ & reliqui honesti populi Romani & Iudæi. Pallio usi sunt supra tunicas, χιτὼν *uerò uestis interior erat.*

κρόκα) *Accusatiuus est pro* κροκίδα, *& significat id quod subducitur,* εγη εintrag. *Apud Pollucem in libro de uestibus.*

ινα μὴ ῥίγος ἀῤῥεμέωσι) *id est, ne horreas corpus nimio frigore.*

ἀλεὴν) *ab* ἀλεύεσθαι *ut habeas quiddam quod arceat pluuiam.*

τυχὴ δὲ τ' ἠώς

Enumerat iam causas pluuiæ. Quemadmodum enim uapor ex olla in operculo repercussus in aquã resolutur. Sic uapor ex terra in nubibus repercussus in aquam resoluitur, & deinde decidit. Humectat autem aër sata & arua, itaq; addit conueniens epitheton πυροφόρος. *Postea quid uentus sit dicit, nimirum nubium agitatio.*

Τῆμος θ' ὥμισυ βοσὶν

Bobus adseruandum esse dimidium pabulum, uero uerò ut supersit aliquid in noctem scilicet. Nam Græci homines tãtum cœnabant & largius quidẽ. ἐπιῤῥόθειν *accurrere significat.*

Ταῦτα φυλασόμενος &c.

Absoluimus hactenus descriptionem hyemis, nunc autem Veris descriptionem hoc caput continet. Estq; primum signum quando Iupiter sexaginta dies, id est, duos menses, Ianuarium uidelicet & Februarium confecerit, post brumam uel conuersionem Solis, tum stella Arcturus nuncia ueris primũ apparere incipit. Est autem Arcturus stella sub zo-

na Bootæ, oritur Chronico ortu, id est, ueſpere initio Veris, quando ſol ingreſſus est Arietem.

Τόν δ' μετ' ὀρθρογόην

Aliud est ſignum uenientis ueris. Vide Ouidiũ in ſexto Metamorphoſeos quare hirundo dicta ſit Pandionis filia. Comperi autem latere hyeme hirũdines in nido ſuo tanquàm mortuas. Proinde non puto auolare eas. Totam hyemem habent ſecum recentia oua, Reuiuiſcunt autem ſub æſtatem. Quare iudico mirabile quoddam opus eſſe ac imaginem reſurrectionis noſtrorum corporum.

Τὴν Φθάμενος οἴνας

Summa huius loci est, q̃ tempore Veris ſint amputandæ uites, nec ſit expectandum donec maior æſtus aduenerit. Turgent enim tunc in palmite gẽmæ, nec põt eſſe ſine periculo, ſi tunc putẽtur uites.

οἴνας) dicunt ſignificare palmites, uocabulum uetus est, apud iuniores ἄμπελος in uſu.

Ἀλλ' ὁπότ' ἂν Φορέοιτο

Hoc præcepto meſſis tempus deſcribit. Quãdo æſtus, inquit, cœperit eſſe uehementior, ita ut quærant humidiora loca teſtudines, tum falx erit acuẽda & ſeges demetẽda. Eſt aũt omnino tẽpeſtiuior meſſis Græcis quàm nobis. Sunt enim illi magis ad orientem & meridiem q̃ nos. Quare uariant hæc

præcepta, nec ad singulas regiones accommodari possunt.

Φορεοικῶ)*Epitethõ testudinis est, dicitur enim domiporta, quòd ædes suas circumferat. Nota est fabula de testitudine quæ sola domi remansit, cum reliqua animantia omnia suauissimis epulis Iouis acciebantur.*

σκαφὸς)*instrumentum est rusticum, apud Pollucem.*

Φεύγειν δὲ σκιδροὺς θώκους

Vides quàm non posit poëta sedulitatis oblivisci: Prohibet enim tempore messis somnum ad multam lucem esse protrahendũ, quòd eo tempore reponenda sunt quibus in hyeme fruamur. Iam qui ad aurorã atq; in medios id temporis dies stertere uoluerit, miseram profecto uitã trahet, ubi hyems sui memoriam nobis in animum semel cœperit reuocare: ibi tum licebit experiri uerissimum esse cicadæ & formicæ apologum. Plurimum & uenustatis & utilitatis hæc sententia habebit, si quis ad studia literarum traduxerit, cum illa cessatorẽ minimè requirant, & qui in multam lucem quotidie stertat. Adiecit deinde, ceu Gnomas quasdam, optimos uersus, quibus matutina opera hominibus commendat, & dicit auroram tertiam operis partem absolue-

re.

re. Item eos qui mane surgunt, plurimum promouere, quoscunq; labores susceperint. Postremò etiam boues facilius ferre matutina opera quàm meridiana. Experiuntur etiam studiosi bonarum literarum, Auroram Musis esse amicam. Quare diligenter has sententias obseruent & meditentur hi, qui animum ad literas applicuere, quiq; parentum & amicorum expectationi æquissimæ satisfacere uolent.

ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ

Aestatis à solsticio descriptio. Primũ ponit prognosticum maximi æstus, deinde quid faciẽdum sit. Græci post Ver statim incipiunt messem. Deinde sequitur solsticium æstiuale, tũc nos habemus messem.

σκόλυμος) carduus dicitur flore purpureo, quo nomine & reliquæ species censentur, ut sunt Paliuri, Chamæleones, Acanthi. Vide Plinium lib. 22. cap. 23. & libro 22. cap. de carduo. Venerem stimulare in uino, Hesiodo & Alcæo testibus, qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse, & mulieres libidinis auidissimas, uiros pigerrimos in Venerẽ scripsere.

Ἐπὶ κεφαλὴν δὲ γόνατα

Ratio, quare hoc tempore uiri debilissimi sint, & mulieres lasciuissimæ, quia calor resoluit totum

corpus hominis, ergo læduntur magis æstu quàm frigore uiri.

κὰι βίβλινον τὸινον) A Biblia regione Bibli num uinum dictum esse Athenæus scribit libro primo, testatur autem dulce fuisse, atq; à Siculis Pollium uinum dictum esse. Et Homerus non uno loco testatur Thraciam nobilia uina habuisse.

μάζατ') Libum lacteum intelligit ex recenti lacte, siue lac coagulatum. Nostri homines puto uocant eyn zieger. Deficiunt autem lacte nisi mulgeãtur capræ iuxta Vergilium:

Quàm magis exhausto spumauerit ubere mulctra,
Læta magis pressis manârint uberа mammis.

Itẽ capræ uincunt copia lactis oues, laudaturq; lac caprarum plus in libo quàm ouium. Poterit & hæc huius loci sententia esse, quia sub Autumnum statim admittuntur capræ ad conceptum, & deinde deficiunt. Vtere igitur dum potes.

σβεννυμένων) Aeolica dialectos est cũ α sit interposita, quasi dicas extinctarũ aut non lactantiũ.

ὑλοφάγειο κρέας) Vitulinam carnem intelligit, quæ nõ improbatur sana esse homini. Cæterum cruxæ bouis carnem nõ laudat Poëta.

πρωρηγόνον) illa enim caro est ualde laudata quòd facilis sit concoctu. Estq; in æstate istis cibis utendum

tendum, qui facilè concoqui possunt: Itaq; et huius mentionem hic facit poëta.

Ἀϊδο πρὸ οἴνου) *Vel à calore dixit, quòd adurit faciem, uel à colore. Laudantur enim magis æstate rubra uina quòd pinguiora sunt, & magis alāt cor pus. Cætera tenuiora sunt & facilius penetrant.*

Αντίον δ' ὑγρᾶς & αὐέμου &c.

Inter cæteras uoluptates nō postrema est si quis in æstate sub umbra gratam auram captet, ita ut fa ciem uersus leuiter susurrantem uentum uertat. Intelligit autem hoc loco Zephyrum, quòd Euri, Boreæ & Zephyri æstate sint temperati. Auster uerò plærunq; noxius est, tā æstate q̄ hyeme. Erit maior hæc uoluptas, si adfuerint riuuli perpetuo scaturientes, quibus semper multum delectati sunt Poētæ.

ἀθόλωτον) *Ἄϊδλον qui sit sine limo, aut qui non sit lutulentus.*

Τρὶς ὕδατος πρόχεσιν

Consuetudinē Græcorū obseruabis, qui nunq̄ merū uinū soliti erāt bibere, uerū semper uinum aqua diluebāt, ut testatur Athenæus lib. 10. q̄ hanc consuetudinē diluendi uini fuisse dicit, ut ad duos uini cyathos, qnq; aquæ adderēt, alicubi et ad quatuor uini cyathos, duos aquæ. Ex Menādro citat Athenæus.

Καί μοι πολὺγ' ἔδ' ἄδιον, ὃν ἂν ποτ' ἔπιγον

ξεῖς ὕδαρς, οἶνος δ' ἓν μόνον. Sic Athenæus. Καὶ Διοκλῆς ἐν μελίσσαις, πῶς δὲ καὶ κεκραμένον πίνειν ὃν οἶνον λέγει μὴ τέτταρα τὰ δύο. ἀλλ' ὃν κράσις αὐτῶν πρὸς ὃ ἔθος οὖσα ἐπέμνησε τάχα τὴν θρυλλουμένην παροιμίαν, ἢ πέντε οἴνειν ἢ τρία ἢ καὶ τέτταρα. ἢ δὲ δύο πρὸς ὠέντε οἴνειν φησὶ λέγειν, ἢ ἕνα πρὸς ξεῖς.

Apud Locrenſes erat capitale uinum bibere ijs qui erāt in Magiſtratu, niſi Medicus iußiſſet. Item Romani adoleſcentes non erant ſoliti uinum bibere ante uiceſimum annum, & Scithicè bibere dicebant merum bibere, quaſi barbarè, ut quibus ſint robora ualidiora. Sic bibit apud Homerum Polyphemus Odyſſeæ. I.

πρὸχέειν) *Infini. pro imperatiuo, ſic ἰέμεν.*

ἁμῶσι δ' ὑποζύγειν ἀμάρτρῳ

Seruauit hunc ordinem Poëta, ut à Vere deſcriberet quicquid ſingulis anni temporibus fieri conueniret, nunc ſubijcit præceptum de tritura quæ fit in menſe Auguſto, cũ mane ortu Heliaco pauliſper ante ſolem emergens Orion cernitur. Virgil.

Et medio toſtas æſtu terit area fruges.

Addit locum in quem ſit reponenda area, nimi-

rum

rum qui sit uentis expositus,& quia fruges debent torreri á Sole,ergo necesse est locum esse expositũ Soli. Eadẽ uerba sunt in Varrone de re Rustica quæ hîc sunt. Area inquit sublimiori loco qua perflare posßit uentus. Alij intelligunt area bene æquata. Solebat enim cylindro æquari,ut est apud Vergi. nec ubi impingerent. Verum Varro rotundam esse dicit,hunc ego sequor. Vsi sunt equis aut bobus in triturationc qui tabulas trahebant, & ita excutiebãt grana. Vnde illud est in sacris literis. Boui trituranti non obligabis os.

Μέτρα δ' ὀνομάζεσθαι

Monet mensurandas esse fruges,ut sciat agricola quantum ex agro redeat.

θῆτ' ἄοικον πωιέεσθαι

Conducendum suadet mercenarium aliquem, qui posßit rebus domesticis uacare,qui non habeat multa quæ sibijpsi domi agat:fieri enim non potest, ut multa simul bene agere posßimus,inquit Xenophon. Eadem ratio habenda ancillæ,ut non habeat liberos. Subiecit deinde præceptum de Cane, quem uocamus custodem rei familiaris. In hoc alendo admonet sumptibus non esse nimium parcẽdum, quia obseruet ne fures clanculum intrent in ædes dominj,ac surripiant quippiam. Græci trifariam canes

distinguunt, idq; ab officijs, sunt enim ἱ κυνηγετικοὶ, quos nos indagatores uocamus, canes uenatici, nobilibus & diuitibus admodum grati, qui uenationi operam dant. Sunt rursus qui οἰκουροὶ uocantur, quasi dicas custodes ædium. Agunt enim excubias præ foribus, & de his Hesiodo hoc loco sermo est. In tertio gradu sunt Μελιταῖα κυνίδια, id est, melitææ catellæ nulli rei utiles, præterquàm quòd in delicijs sunt prædiuitum matronis. Vnde etiam in prouerbiũ abiere de delicatis. κὴ χαροδόντα) à sono factum esse uidetur, epitheton canis. Sunt enim asperrimis dentibus, & omnium firmißimè retinent, quæ sunt semel intra fauces recepta.

Φειδηο)ου in εο mutatum, & rursum εο in ου si sit opus. Est enim eadem ratio dissoluendi quæ cõtrahendi. ἡμερ ὀκοιτ@)qui interdiu dormit & noctu obambulat, quod fures solent. Suidas piscem & furem significare ait.

χόρτον δ' ἐσκομίσαι @ συφορβόν

Quod de cane dixit, idem de bobus & mulis intelligi debet. Neq; enim conuenit parum liberalem esse erga eos, quorum opera in colligẽdo uictu plurimum sis usus. Monet itaq; Hesiodus in annuũ uictum paleas & fœnum comportari debere, quibus hoc quoq; subindicat agricolam non oportere stu-

dioſum

dioſum eſſe tantum frumenti, ſed etiam aliarum re rum uiliorũ, ferè fit enim ut qui res in ſpeciem nul= lius precij negligat, etiãres maioris precij ſenſim incipiat faſtidire & amittere. Et notus eſt Scarius.

Εἰ μὴ φυλάσσῃς τὰ μίκρ', ἀπολεῖς τὰ μείζο

Δμῶας ἀναπαύσαι φίλα γυναῖκα (να.

Feriandum eſſe à labore non tantum homini, uerum etiam pecori. Sunt enim recuperandæ uires, alioqui nemo tam ferreus eſſe poterit, qui ſufficeret continuis laboribus iuxta illud Naſonis:

Quod caret alterna requie durabile non eſt,

Hæc reparat uires, feſſáq; membra leuat.

Et ſacræ literæ præcipiũt ferias eſſe habendas à la bore, quas qui negligerent auaritia exagitati, indi= gnos eſſe benedictione Dei. Et nos docemur expe= rietia haud temere ad ullã frugem aſpirare eos, qui in præſcribendis laboribus admodũ ſunt liberales, & in ſupputando uictu et ocio plus æquo tenaces. ἀναπαύσαι) ſcilicet fac, aut ut ſit infinitiuus pro in= dicatiuo, refice, recrea famulos. Et quia genua feſſis labant, & fatigatio maximè in his ſentitur, ideo di xit famulis chara genua eſſe reficienda.

εὖ τ' ἂν δ' ὠρείων γε Σειρι

Poſteaquam ordine deſcripſit anni partes, & ad ſingulis fieri debeat, nunc ſubijcit caput de autũ no et uindemia. Hũc ordinẽ Columella imitatus eſt

& Plinius aliquando. Oritur Arcturus mane cum Libra mense Septembri, quo tempore mane medio cœlo sunt Orion & Canis non procul ab occasu, tum est uindemia facienda. Addit descriptionem fa-ctticij uini, in qua rationem faciendi uuas passas cõ-plexus est. Vide Plinium & Columellam. Coquunt primum uuas aliquantisper sole, postea exprimunt uinum, & in lacum subijciunt.

Συσκιάζει) ἀ σὺν & σκιάζω compositum. Intelligit autem ex aprico in locum nõ expositum soli auferendas esse.

Πλυσιάζει) Epitheton Bacchi, quasi dicas lætificantis. Exhilarat enim uinum homines, & nota sunt Bacchi encomia apud Poëtas quæ huc spectãt, ut Vergilius: Adsit læticiæ Bacchus dator.

Αὐτὰς ἐωὴν δ' ἠ &c.

Redit ad arationem & ad hyemem. Sunt uerò ea repetenda quæ supra de aratione diximus. Nam pro qualitate & natura soli proscinditur ager. Feracius solum ut minimum ter arari solet. Iam mense Octobri mane cum Tauro occidunt Pleiades & Hyades, item Orion, sed principio noctis rursum apparent. Pleiades sunt in postrema parte Tauri, Hyades uerò in fronte quas Latini suculas uocârũt. Atq; ita absoluit Poëta annum, quid in uere, quid

in

in æstate, quid in autumno, quid post autumnũ, quid hyeme faciendum sit. Nunc de nauigatione præcepta quædam subijcit, quia fuit illis familiare deuehere fruges & merces quemadmodum etiam alicubi in Homero uidere est. Constabat autem ueterum negociatio potißimum permutatione mercium, & ideo Hesiod. præcepta tradit.

εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσεμφέλου

Prohibet sub autumnum esse nauigandum, cùm Pleiades occidunt propter tempestatem maris: insaniunt enim uẽti, & quemadmodum Virgilius ait, qua data porta ruũt. Cæterum post de æstiua nauigatione dicet, & hanc probat. Orion insequentis gestum exprimit in ipsas Pleiades, ideo dixit, πολλὰς φεύγειν. *His gestibus amplificat orationẽ.* δυσεμφέλου) *Epitheton nauigationis est. Sentiunt enim quàm sit periculosum & difficile in alieno elemento uersari, qui aliquando sese credidere fluctibus. Hanc uocem compositam esse puto ἀπὸ τοῦ μὴ πέμπω, uel quòd ægrè remittat afflictos, uel quòd sæpe non remittat nauigantes. Varia quæritur Etymologia huius uocis, sed tamen non sunt usque adeo anxiè quærendæ, quòd tantum ad docendum compositæ sint.* ἠεροειδέα) *quia habet speciem aëris.*

Ἐπ' ἠπείρου)*in continentẽ.i. littoralẽ terrã. Inde*
κείμαρον)*aquam ex imbre collectam.* (*Epirus.*
νηὸς πτερὰ)*remos intelligit.*
πηδάλιον)*gubernaculum nauis, clauum.*
ὡραῖον πλόον)*Scilicet cum iam Ver exactum est.*
ὥσπερ ἐμός τε πατὴρ ὃς μέτα νῆα πιέρωσι

Exemplum adiecit Hesiodus patris, quo ostendit quatenus probari queat nauigatio, & dicit paupertate patrem fuisse compulsum, quæ nihil non hominem experiri doceat, quòd instituerit mercaturam. Nemo enim eos laudat, qui cum beatè possent in patria uiuere, ultro se periculis exponũt. Et Hesiodus negat ex Asia profugisse parẽtem, sicut plerig; ciues qui propter inuidiam ex opibus conflatam in tuto manere non poterant, non, inquit, illa causa fuit, sed uictum quærebat.

καὶ τὴν δ' ἤλθε)*Significat se in Ionia natum. Magnum mare uocat Aegeum mare. Aeolicam Cumã ideo uocat, quia Aeoles eam condiderunt. Sita est in littorali Asia.*

ἀφενὸν)*diuitias significat. Propriè tamen redditus qui quotannis redeunt, siue annui reditus: fingunt autem uenire ab εἷς ἐνός.*

ἀλλὰ κακὴν πενίην τὴν Ζεὺς ἄνδρεσι δίδωσι

Hic locus ad prouidentiam pertinere uidetur

cum

dum dicit Iouẽ hominibus dare paupertatẽ, quia ſæpe accidit ut etiã boni et optimi uiri, ſint pauperes. Hunc locũ Ariſto. in Pluto diligẽtiſſimè proſequitur, apud quẽ, quæ opus ſunt ad hãc rem, requiras.

Νάσατοδ' ἄγχ' ἑλικῶνος

Deſcribit nunc patriam ſuam Poëta, & dictum eſt iam ſæpe fuiſſe pagum ad radices Heliconis, ubi habitauerit Heſiodus, & quòd Pauſanias ſcribat ipſum fuiſſe in Helicone ſacerdotem Phœbi & Muſarum. Non incommodè hic uerſus παροιμιακῶς poßit uſurpari, in quo huiuſmodi laudes patriæ ſuæ enumerat, ut nulla ferè anni parte cõmẽdari queat, Hyeme inquit mala eſt, æſtate difficilis et incõmoda, breuiter nunq̃ bona. Ouid. Huius facit mentionem:

Eſſet perpetuo ſua quàm uitabilis Aſcra
Auſa eſt agricolæ Muſa docere ſenis.

Τόνη δ' ὦ Πέρση ἔργον

Cùm in omni re temporis ratio habenda ſit, tu uide ô Perſe ut ſuo quæq; tempore facias, aliæ enim alijs temporibus conueniunt.

Νῆ' ὀλίγῳ ἀινεῖν

Locus Rhetoricus eſt, utitur uerò Antitheſi, in qua aliquandiu cõmoratur, & cõmendat nobis de nuo mediocritatem, & dicit non fruſtra eſſe ſi qs magnũ quæſtũ facere uelit, ut onerarias naues ſibi

comparet,& fieri non posse quin ex copiosa mer-
ce,copiosum quoq; & magnum fructum quis aufe-
rat:tamen si quis rem ipsam recta uia secum repu-
tet,is proculdubio deprehendat res paruas plus so
lidæ habere uoluptatis ac securitatis, quàm res in
speciem magnas. Est *enim omnibus in rebus tutior*
mediocritas. Vocamus *autem auctuarias, breues et*
minores naues,in quibus homines uehi solent tem-
pestate ingruēte. Onerarias *uerò, maiores,in qui-*
bus onera deportantur.

Δείξω δ' ἑρι μέξα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης

Occupationem *adiecit.* Tradam *tibi præcepta*
nautica,tametsi non bene peritus sim rei nauticæ.
Si uolueris debitum effugere et iniucundam famē,
ostendam tibi modum quando commodum sit naui
gare,& quando non commodum, licet uauigatio-
nis peritus non sim.

λιμὸν ἀτρύπητον) *famis proprium epitheton.*
Nam ut dici solet,præter seipsam cætera omnia e-
dulcat fames. Et Homerus *eleganter uentris impor*
tunitatem describit in Odys.

πολυφλοίσβοιο) *ficticia uox est,qua usus poëta*
per antonomasiam,pro stridēti mari, φλοισβὸς
enim nihil significat.

σεσοφισμένον) *peritus.* Nam σοφίζομαι est
docco.

docco. Inde Sophista simpliciter doctorem significat. Deinde ubi illi se uerterunt ad inanem ostentationẽ, uocabulũ cœpit in uicio esse, sicut Tyrannus.

ἐιμὴ ἐς Εὐβοιαν ἐξ Αυλίδος

Subsequitur nunc occupationem historiola, in qua commemorat quomodo uictor extiterit carminibus in Calchide, & Musis suis in Helicone uictoriale præmium dedicârit, ut dignum erat homine Poëta. Aulis ciuitas littoralis est in Bœotia, nõ procul ab Helicone, neq; procul fuit ab Aulide in Euboeam. Conuenerunt aũt Græci in Aulide cũ essent profecturi in Phrygiã. Vide Iphigeniã Euripidis.

Calchis est urbs celebris in Eubœa, hodie Nigropont uocant, non multò ante à Turcis magna ui expugnata. Apparet sane Hesiodum Homero posteriorem centum ferè annis fuisse, proinde cum eo in hoc certamine non certauit.

τρίποδ' ὠτόεντα) *id est, tripoda auritum, Athenæus author est tripodas significare pocula, nõnunquã mensas, & sellas quoq; Puto eum hîc loqui de poculo quod aures habere soleat & tres pedes. Vocant autem Græci ansas aures, quemadmodum Germani quoq;.*

ἀνέθηκα) *id est, reposui, consecraui, uel dedicaui, hinc ἀνάθημα.*

ἐπέβησεν) Nam ἐπιβάζειν est statuere, & tanquam gressus regere, usus est Homerus in secundo Iliados. μοῦσα δέ μ' ἐπίοδαξον) Significat diuinitus esse doctos poëtas, quòd hi qui egregium quiddã in poëtica efficere uoluerint, opus habeant furore poëtico diuinitus inspirato, quem furorem rectè φυσικὰς ἀρετὰς dixerunt. Et Homer. elegãtissimè huiusmodi iudicium in homine, & hũc motũ qui existit in Heroicis animis, aureã cathenã cœlo demissam esse dixit, significans singularẽ quandãuim supra captũ communem uulgi diuinitus dari.

Ἡμαται πυκνόουται μετὰ ξοπὰς &c.

Aliud caput de æstiua nauigatione, quam probat, & dicit sub finẽ æstatis tempore calido esse nauigandum, tum enim non facilè perire homines, nisi aliquo singulari malo percant.

ἐν τοῖς δὲ τέλος ἔπλετο &c.

Prouerbialis est hic uersiculus & ualde pius, quo admonemur bonitati diuinæ adscribendum, si quem prosperum successum rebus nostris uidemus, atq; hoc nomine gratias Deo quoq; agere, ne ingratitudine nostra offensus finem imponat bonitati erga nos, ac deserat quos prius fuerat amplexus et tutatus. Rursus si quãdo mole multorum malorũ premimur, non ita frãgi oportere & deijci animo, ut

non

non ſperemus Deum *facilè finem impoſiturum om nibus iſtis malis. In hanc ſententiam apud* Homerũ *grauiſſimè multa dicuntur. Poteſt & prouerbialiter in eos accommodari qui omnia poſſunt.*

Μὴ δὲ μένειν οἴνόν τε νέον &c.

Adiecit præceptũ dignũ memoria, uidelicet tẽ peſtiuè eſſe redeũdum domũ. Nam oculus domini paſcit equũ, ut dici ſolet. Et eſt hæc cauſa quare melius ſit illam nauigationem ante autumnũ cõficere. Quia non ſolũ nouũ uinum ſoleat remorari inſtitutã nauigationẽ, uerumetiã autũnales imbres & tẽpeſtates quotidie impẽdentes, & q̃ ſæuiſſimi flatus auſtri ut maximè tũ inſaniãt. Itaq; minimè tutũ eſt tum ſe uelle mari committere, & commodã nauigationẽ propter pocula noui uini intermittere.

χείμωνʼ ἐπιόντα) *Tẽpeſtatẽ ſequentẽ uel impendentẽ, ſic quoq; in oratiõe dominica, et ἐπιούσιον dies dicitur dies impendẽs & ſubſequẽs. Notus uentus eſt pluuialis,* νοτὶς *enim humorẽ ſignificat.*

Ἀλλὸ δʼ ἐπʼ εἰαρινὸς πέλεται &c.

Præceptum eſt de uerna nauigatione quam à ſigno deſcribit. Quando erumpunt primum, inquit, ex ramis aut arboribus gramina aut flores, idq; quantum eſt ueſtigiũ cornicis, tum eſt mare meabile. Addit tamẽ correctionem, qua deinde peruenit

in locum cõmunem quòd omnia obediant pecuniæ. fateor mare esse nauigabile uerno tempore, atqui ego laudare non possum, propter uariam tempestatem & pericula quæ nauigantibus ita instant, ut aliquis difficillimè effugiat malum. In causa est stultitia humanæ mentis, qua etiam ipsum petimus cœlum, neq; quicquam inaccessum relinquimus.

Χρήματα δὴ ψυχὴ πένητος &c.

Gnomica sententia est, qua rationem complecti tur, cur homines in tantam stulticiam incurrant, & dicit hoc pecuniam posse, quam homines pluris faciunt quàm animam. Latè patet huius sententiæ uis, in qua explicanda multum operæ doctißimi quiq; cum Latinorum, tum Græcorum sumpserc. Et paucißimi sunt qui expendant in quanta mala funesta pecunia miseros ducat.

Μὴ δ' ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα βίου

Id est, ne semel adducas in discrimen quicquid est rerum tuarum, nec omnia nauibus committas, sed retine quædam & uiliora impone, ne si naucm fregeris, de toto uictu periclitcris. Generaliter uerò mediocritatis laudẽ continet, quam qui seruãt, nec nimium ditescere student, fit, ut semper habeãt unde uiuant, cum alij qui omnia in quæstum producunt de tota re fãmiliari, uel augenda uel amittenda incertam aleam fortunæ cogantur subire.

Δεινὸν δ' εἴκ' ἐπ' ἄμαξαν

Adiecit similitudinẽ ab onusto plaustro ductã: Perinde.n.ut si qs supra currũ immensum onus ponat cuius molẽ axis sustinere nequeat, fieri non põt, quin cũ magno dispendio oĩa onera imposita dissipẽtur: ita in nauigatione quoq; usu uenire, ut nimiũ multa uehẽdo periculũ accersant et nihil proficiãt.

Μέτρα φυλάσσεσθαι

Concludit nunc Epiphonemate generali, & dicit modum esse seruãdum. Et quia suprà de mediocritate multa diximus, repetat ea qui uolet.

Καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος

Occasio siue opportunitas optima in omnib. reb.

ὡραῖος δὲ γυναῖκα τέκνον

Præceptum de coniugio. Tempestiuè ducas uxorem, dum adhuc uires integræ sunt & florent, non in extrema senecta quando effœtæ frigent in corpore uires. Plato & Aristoteles de hoc tempore disputârunt, nam circiter trigesimum annum sunt confirmatæ uires & maturuerunt.

τέτορ') *duale est, & significat quatuor. Iulius Pollux exponit pro quatuordecim, & quinto pro decimo quinto anno. i. quinto supra decimum. Aristoteles & Plato constituerunt puellæ decimũoctauum annum nubendi. Præcepit autẽ Hesiodus ado=*

leſcentulã eſſe ducendam, ut caſtos mores imbibere queat & adſueſcere ad mores mariti, quod fruſtra quis expectet ab anu. Ibi enim nulla ſimilitudo morum eſt, ergo nec ulla amicitia, et tamen oportet ut ſit ſimilitudo quædam uitæ in conuugio, quia Iureconſultus dicit eſſe indiuiduam ſocietatem. Ariſtoteles recenſet in Oecono. hunc uerſum.

Μὴ πίρσι χάρματα γάμῳς

Id eſt, ne uicinis gaudia & ludibria ducas propter tuum infortunium & malũ, nempe mala uxore. Et χαρματα exponunt ludibria, hoc eſt, ne iocus fias quòd talem duxeris uxorem. Nam uicini cuiuſq; produnt ingenium.

Οὐ μὲν γὰρ γυναικὸς &c.

Commendat bonam mulierem hic uerſus, quam etiam ſacræ literæ non uulgariter prædicant.

Δίπνολόχης) *cõmeſſatrice quæ paſſim adeat cõuiuia. Sui.* Δίπνολόχον *exponit* κλεπτοξόχον.

Ἤγ' ἄνδρα πῦ ἴφθιμον. *Efficit ut etiã ualidus uir ante tempus ſeneſcat, uritq; ſine face, id eſt, clã, etiamſi foris nihil appareat. Vocat autem crudam ſenectam quæ tempeſtiua eſt. Sic Verg.*

Cruda Deo uiridiſq; ſenecta.

Galenus in libro de conſeruanda ualetudine dicit eſſe triplicem ſenectutem. Primam uocari cru-

dam

dam,& qui in ea sunt ὡμογέροντας dici. Secunda est circiter annum sexagesimum, qui in ea sunt γέροντας dicimus. Tertia est decrepita, qui eam atti= gerit πάμπελον uocamus.

ἕνει) exiccat, urit &c. Dicitur etiam ἄνδ, utrũque est apud Homerum.

Εν δ' ὅπιν ἀθανάτων μακάρων

De religione, Cole Deos religiosè & obseruanter. Ita enim omnia prosperè succedent. ὅπις curã & respectum significat propriè.

Μὴ δὲ καστνήτῳ ἶσον

Hoc præceptum plenum humanitatis est & significat nullam amicitiam, nullam necessitudinẽ præponendam esse sanguinis coniunctioni. Cic. lib. 1. ad Atticum, Postea quàm à fratre discessi, neminẽ plu= ris quàm te facio. Est uerò à natura & diuinitus hominis inspiratum, nullam esse sanctiorem cõiunctionem q̃ fraternam. Quod si uerò alium tibi adiunxeris, tunc uide, inquit, ne statim te sciungas ab illo, quia non multum conducit nouos amicos habere.

Μὴ δὲ ψευδηφι φίλῳ χάειν

Hoc est, ne præ te feras beneuolentiam simulatã, nec aliud sentias et aliud dicas. Hæc est germana expositio. nec est ita accipiendũ, ut χάειν χειμὰ πῶν intelligas, sed ne simules, ne præ te feras lĩguæ

quandã gratiam, ne benignitatẽ linguæ emẽtia ïs.

Ἢ ἔπος εἰπὼν &c.

Si quis aut uerbis offẽndet alium, aut manibus uim inferet, memor sit quòd retalietur iniuria multipliciter. Nullum enim malum impunitum.

Εἰ δέ κεν αὖθις &c.

Aliud præceptum, Sit ne admittendus denuo is qui amicitiam uiolauerit, & cupiat nobiscum redire in gratiam. Respondet esse recipiendum, quòd satius sit redire in gratiam cum amico ueteri, quàm nouos subinde amicos adiungere.

σὲ δὲ μή τι νόον κατὰ λέγχεϊ τῷ ἐίσδος

Tuam mentem ne coarguat uultus, id est, ne ullus præ se ferat iracundiam & simultatem, sed uide ut ex animo eijcias omnem memoriam pristinarum iniuriarum, nulla sit significatio offensi animi: In summa, sanciatur ex animo ἀμνησία. Nã nihil illiberalius, nihil inhonestius est, quàm simultatem alere, estq; alienum ab omni humanitate. Nulla unquàm fuit tanta coniunctio hominum quæ non offensi aliquid senserit. Et cùm Ouidius dicat Orestẽ cum Pilade in gratiam rediisse, nemo eiusmodi illiberalis ingenij sit, ut propter inueteratum odium, uiam amico in gratiã redeundi præcludat. Hoc præceptum diligẽter inculcat Hesiodus, quòd amicitia

sit

sit necessaria in rebus humanis. Sumus enim nati ad societatem, Ergo qui aufert amicitiam, aufert so cietatẽ. Et M. Cicero inquit, Neq; cœlo, neq; aqua, neq; aĕre nos uti frequentius quàm amicitia.

σὲ δ' ἐμή) *accusatiuus pro datiuo Atticè.*

Μή τε πλύξεινον μή δ' ἄξεινον

Vtraq; extrema liberalitatis fugienda esse mo= net: Est enim prodigus & exhaurit facultates om= nes, qui crebro uult conuiuari. Contra sordidus est, qui nemini de suis communicat, & qui suũ ipse de= fraudat genium. Ex prodigalitate homines deco= ctores ueniunt, qui inuolant in bona aliena, ex sor diditate inhumanitas nascitur, ut neminẽ amicum habeas.

Μὴ δ' ἐκακῶν ἕταρον &c.

Admonet malorum consuetudinem esse fugien dam, corrumpunt enim bonos mores colloquia pra ua. Proueniunt autem duo mala ex malorum com= mercio, primũ, quia nos induimus mores istius qui cum uiuimus. Secundò etiam fãmam propriam pro stituimus, quia etiamsi non corrumpatur aliquis, ta men homines iudicant nos corrumpi, quia & pro= uerbium dicit, Claudo uicinus claudicat & ipse bre ui. Ergo malorum consuetudo est uitanda.

Μὴ δ' ἐθάλων νεικεσσῆρα

Id est, ne facias conuicium bonis, quia uirtus est honore afficienda. Sunt autem peßimi omnium hominum, qui egregiæ uirtuti non tantum honorem meritum auferunt, uerũ etiam de uirtute bene meritos conuicijs proscindunt. Huiusmodi conuiciatorem principum & bonorum uirorum describit Homerus Iliad. lib. 2. Et consolari debet bonos, q, impoßibile sit in benefactis inuidiam effugere, quemadmodum nec corpus umbram potest declinare.

Μηλέ ποτ' οὐλομένῳ πενίην &c.

Congeries quædã præceptorũ est. Docet autem hoc loco nemini exprobrandã esse paupertatẽ, ratio est q, sit donũ Dei esse diuitẽ uel paupere. Grauiter profecto dictũ. Sunt. n. qui hinc laudẽ ingenij captant & magni uiri haberi uolũt, si pauperes et miseros non solũ præ se contemnant, uerumetiã cõuicijs proscindãt. Hos admonet Hesiodus ut perpendant calamitosum esse, non in nostris uiribus, sed in fortunæ situ esse. Itaq; non est liberalis ingenij calamitatẽ exprobrare cuiquã. Neq;. n. in nostris uirib. est ut abũdemus, et quotidie experiẽtia cõdiscimus, alijs laborantibus nihil, alijs dormientibus omnia conficere Deos. Qui plurimum laborãt, egent plærunq;, et contrarium apparet in ijs qui nõ laborãt.

οὐλομένῳ πενίην θυμοφθόρον) *Græci appo-*

nunt

nunt plura epitheta ſine coniunctione.

τέτλαθ') *ſuſtineas, auſis &c.*

Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄεισος

Generalis hæc ſententia eſt. Linguæ theſaurus inter homines optimus. Nã ſermo uincit omnes opes & quicquid eſt admirabile in rebus humanis. Verum ita ſolet euenire, ut quò res melior eò frequẽtiori quoq; in abuſu ſit. Rectè itaq; dicit poëta: Parcæ linguæ magnam gratiam eſſe, hoc eſt, quæ in loco loquitur, quæ non ſolet effutire quidlibet ſine delectu & ratione. Et garrulitas non tam alios q̃ ipſos authores lædit.

Μήδε πολυξείνῳ δαῖτας δυσκέμφελον. &c.

Aliud præceptũ debere nos aliqd cõferre in publicũ, qa nos uiciſsim multa accipimus à Magiſtratibus. hic ſenſus conuenire huic loco uidetur, quẽ trã ſtulit poëta ad conuiuiũ, ubi ut paruo ſumptu multi alũtur, ita etiã in Rebuſp. paruo ſumptu, paruo tributo nobis cõparamus pacẽ. Põt et hic ſenſus eſſe, ut ſiquãdo amici et cognati cõueniunt, nõ ſimus ſordidi, ſed ut libenter et noſtra cõferamus ad publicũ conuiuiũ. Nam paruo ſumptu magnum lucrum emitur, dũ collatione multorũ apparatur ſplendidius. δυσκέμφελον ἀπὸ τοῦ κέμω, *difficilis, moroſus, quaſi dicas, ægrè mittens, der nit gern*

gibt. Suprà dixit, ναυπλίης δυσεμφέλου.

Μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς μὴ λείβειν

Hactenus leges tradidit quæ ad mores pertinẽt, iã tradet cærimonias, id est, ritus sacrorũ, fuit enim hic poëta sacerdos. Sunt aũt illi ritus symbola quædam, id est, allegoriæ, ut in Mose: Boui trituranti ne obligaueris os, significatur quo animo in illos esse debeamus, quorũ opera utimur, atq; ita gratitudinis illo gestu admonemur erga homines. Non. n. bobus, sed hominibus scribebatur lex. Ad hunc modũ & de his præceptis iudicandum est. Nunquam ab aurora, id est, mane Ioui libes nigrum uinum manibus illotis. Significat sacra reuerenter esse tractanda, & ut non solum foris corpus, uerum etiam animum à contagione uiciorum abluant. Hæc reuera ex Patribus sumpta sunt. Alluſit et Vergilius ad eã consuetudinem, quòd illotis manibus nõ tractabãt sacra antiquitus dum ait: Donec me flumine uiuo Abluero. Et Hector apud Homerum ex pugna rediens negat idipsum sibi licere.

Μὴ λ' ἄντ' ἠελίοιο

Aliud, Aduersus solem ne meito. Verecundiam & pudorem commendat nobis hæc sententia, ut discamus honestos & magnos uiros reuerenter esse tractandos.

ἐχόμενος

ἐξόμφων Λ' ὄπ &c.

Commoratur in præcepto uerecundiæ, & recenſet aliquot ritus qui adhuc apud Turcos durãt. In Turcica enim lege ingens flagitiũ deſignari credunt, ſi quis in publico cacaret aut mingeret. In lege Moſi quoq; mandatum erat, ne quis cacaret in caſtris. Eſt autem non minus religioſum Turcis ut ſedentes mingant quàm noſtro poëtæ. Vnde apparet Mahometen ueteres quoſdam ritus inutiles ſuis poſteris pro iuſticia, quæ coram Deo eſt, reliquiſſe.

ἐυερκὴς) *dicitur id quod bonũ ſeptum habet.*

Μὴλ' ἀϊδδίης γυνὴ πε πα λαγμένος &c.

A congreſſu uxoris ne ſacra accedas. Admonet rurſus uerecundiæ, ut ſacra purè peragantur. Intelligit autem ſacra quæ Dijs domeſticis fiebant. Habebant enim omneș in ueſtibulo aras quaſdam quibus ſoliti ſunt imponere Veſtã, in cuius tutela res erat familiaris. Facit huius Deæ mentionẽ alicubi Verg.

Μὴλ' ἀπὸ δ'υσφήμοιο τάφε &c.

Ab hilariore conuiuio & non à triſtibus ſacris accedendum eſſe ad uxorem, quòd ex humido naſcantur & alantur omnia animantia, & ideo Venus ex mari orta.

δυσφήμοιο) *ominoſo & infauſto, à* δυσφημέω.

Μηλέ ωο τ' ἀενάων ποταμῶν &c.

Poetæ ſenſerunt uim quandã numinis eſſe inſitã in omnes res, itaq; & in omnibus fluminibus ſuos deos finxerunt qui illa agitarent & mouerẽt, ob quam cauſam & ſacra illis fecerunt.

ὃς πατρὸν θεῶν κακότητι) *hoc eſt, q tam prophana mente eſt, ut cõtemnat hanc religionem, is feret infortunium à dijs.*

Μὴ δ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν &c.

Non eſſe ungues præcidendos in conuiuio.

πεντόζοιο) *à manu quinq; ramorum.*

Μηδ' ἐπὶ οἰνοχόην τιθέμεν

Nunquam pone lagenam ſuprapoculum, non ſatis conſtat quid uoluerit ſignificare hoc loco.

Μηδὲ δόμον ποιῶν &c.

Id eſt, Spartam quam nactus es orna. In quocunque uitæ genere uerſaris, in illud incumbe, nec cogita quo pacto ſubinde mutes tuã functionẽ: Ita fiet, ut aſſiduitate & diligentia ad frugem peruenias, quod non fiet ſi tibi non conſtiteris, & ex alio uitæ genere ſubinde in aliud transferaris. Malum omen eſt ſi crocitet Cornix, ut apud Verg. Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice Cornix. λακέξυζα pro κε λάρυζα. *i. garrula, ſtridula, arguta, propriũ epithetõ cornicis, à κελαδύζω quod ſignificat reſono*

Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων &c.

Ex ollis non ſacrificatis ne capias cibum. i. ne edas priuſquam dixeris precatiõnẽ. Elegãs cũ primis & pium hoc præceptum eſt, neq; dubiũ quin à patribus ſanctiſſimis ſit deſumptũ. Apud Homerũ nunquam pocula ſumunt, niſi prius libauerint. Eandem conſuetudinẽ & apud Vergiliũ Dido ſeruat.

Μὴ δ' ἐ γυναικείῳ λόγῳ

Commendat rurſus uerecundiam. Deinde admonet ſacra non eſſe illudenda, quòd ſemper pœnas impietatis dederint qui religiones contempſerũt.

Μηδέ ποθ' ἐν ποταμοῖσ &c.

Non eſſe perturbandos fõntes. Nã ſi honor eſt habẽdus bonis rebus, etiã fõntibus debetur ſuus honor ex qbus bibimus. Quare et hiĩ fõntes rectè immingere dicuntur q ſacrã doctrinam cõmaculant.

Φήμη γάρ τε κακὴ πέλεται

Significat nullã famã oĩno perire, et non eſſe omnino de nihilo quod uulgo fertur, quẽadmodũ et ille dixit, Sed neqt ex nihilo uolucris cõſurgere fama,

Et partem ueri fabula quæq; tenet.

Locus Virg. in 4. Aenei. hinc deſumptus cũ ait:

Fama malum quo non aliud uelocius ullum
Mobilitate uiget uiresq; acquirit eundo &c.

Homerus fingit quoq; Famam Deam eſſe nunciam Iouis, lib. 2. Iliad.

μετὰ λέσφισιν ὅσα σελήνει
ὀρθὸν ἰέναι Διὸς ἄγγελος.

IN HESIODI DIES.

TRadit discrimina dierum, qui fausti uel inauspicati sint, item alia alijs diebus licere. Quædam uerò discrimina ad causas naturales referri possunt, quædam sunt ex superstitionibus. Sunt autem eatenus discrimina seruanda, quatenus causæ naturales cogunt. Superstitio uerò præter causas naturales est, & ex impietate profecta. Esset uerò insania non habere naturæ rationem, cum illa nobis usui sit, & nostra causa à Deo condita. Itaq; discrimina dierũ nata sunt aliqua ex parte, ex aspectibus quibus Luna intuetur solem. Sicut medicorum Critici, septimus, quartusdecimus, uigesimus primus. Nam quadrati aspectus cient pugnam naturæ cum morbo, sed superstitiosa obseruatione aucta sunt. Nam inde apparet non esse certã rationem discriminis dierum apud Hesiodũ, quòd ait, alijs alios dies probari. Primus dies sacer est. Sunt.n. omnia initia sacra. Quartus item sacer, quia eo die prodit à coitu Luna, & uideri potest sacer, quia principium est conspiciendæ Lunæ. Septimum diem uacuum facit, quia Luna distat à Sole quarta parte Zodiaci, qui aspectus quadratus dicitur, et est inauspicatus. Nonus & octauus dies utiles prædicã

tur

tur crescentibus, et rectè quidem. Etenim humores alit crescentia Lunæ. Vndecimus & duodecimus uarie laudatur, quia trigono aspectu Solem Luna intuetur, eum aspectum uocant beneficum.

ἥματα τὰ λ' ἐκ δ' ὀθεν

Proponit Poëta se dicturũ de obseruatione dierum iuxta ordinationem diuinã, qui sint auspicati dies & qui inauspicati. Orditur à prima mẽsis die quam dicit optimam esse. Et enumerat cõgerie quadam quid eo die populus agere cõsueuerit. Solebãt aũt in ferijs labores mercenariorũ expendere, atq; pro his numerare & pascere quoq;. Itẽ in ferijs cõueniebat populus ut iudicaretur, doceretur de religione, & ut mores formarentur. Tũ scenici ludi fiebãt, qui uice concionũ fuerãt. Et hi ritus ad res politicas & nõ physicas referẽdi sunt, pertinent. n. ad mores ex q̃bus sumpti sunt, et nõ ad res naturales.

Ενη) *Prima dies est,* ἔναις ἀρχὰς *ueteres Magistratus. De hac uoce copiose Suida.*

πείκειν) *propriè de ouibus dicitur, & significat tõdere.* ὄις) *pro* ὄϊας. τῇ *pro* τοῦ τῆ. *scilicet duodecima die.* ἀόρσι πότητ) *in aëre pendentis, uel pedes in aërem eleuantis, epitheton araneæ.*

ὅτε τ' ἴδρις σωρὸν ἀμᾶτη) *hoc exponunt de formica, sed haud scio an rectè.*

Μηνὸς δ' ἰσαμένου &c.

Absoluit iam primum, quartum, septimum, octauum, nonum, undecimũ & duodecimũ diem, quos uerò omisit uult uideri medios. Iam prosequitur in enumerando & dicit cauendũ esse ut sementem faciamus tredecima die. Est aũt optima ad alẽdas atque educãdas plantas. Quod aũt sationi tredecimũ diem ait obesse, propter immodicum humorem fit. Vetant enim sementem facere in solo humidiore. in sto. Contra plantas serere præcipiunt, pluuijs etiã tempestatibus. Plinius, Arborum radices Luna plena aperito. Ex Plinio illa facilè possunt intelligi.

Ἕκτη δ' ἣ μέση μάλα &c.

Decimasexta dies ualde incommoda est plãtis, quia sicut tredecima dies utilis erat plãtis, quòd tũ Luna propè erat plena & humor redundabat, inutilis uerò sationi, ut dictũ est, ita decimasexta dies decrescente iam Luna inutilis est & incõmoda plãtis, utilis uerò maribus gignendis. Nam ex humido semine femellæ, ex sicciore puelli nascũtur. Et decrescente Luna semen minus humidum est q̃ crescẽte.

Οὔτ' ἄρ γάμου αὐτιβολῆσαι

Id est, non est utile puellis, ut tũ contrahant nuptias, quia á plenilunio cœpit iam humor deficere. Et addidit quædam pastoralia officia, q̃ illud tempus

sit

ſit bonum caſtrationi, q, hoc tempore conueniat ſta bula paſtoralia munire, q, ſit bonus dies gignendis maribus. Poſtremo quòd aptus ſit dies conuicia di cere, mendacia proferre, blandos ſermones miſce= re, & arcana colloquia habere. Quæ omnia ad qua dratum aſpectum pertinere uidentur.

Μηνὸς δ' ὀγδοάτῃ &c.

Hoc tempore caprũ & bouẽ caſtrare conuenit.

Εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ &c.

In uigeſima die dicit prudentem uirum naſci, & qui bona indole præditus ſit.

Ἴσορα) *eum uocat qui multa ſcit & uidit, hinc ἰσο εία quaſi dicas inſpectio, & ἰσορᾶν coràm intueri & colloqui.*

Κούρῃ λέ τε τεξὰς

Id eſt, Puellæ gignendæ eſt bona decima quarta. Nam tum Luna abundat humore. Et hac die (inqt) hoc eſt in oppoſitione cõuenit boues, canes & mu los cicurare. Nam quãdo abundant humore, neceſ ſe eſt eſſe mitiora animantia, quia lumẽ lunæ eſt ge lidum magis & calor temperatior.

Εἰλίποδας) *quaſi dicas, curuantes uel traben tes pedes, qua uoce Homerus libenter utitur.*

πεφύλαξο δὲ θύμῳ &c.

Λπὰ θύμοβορᾶν μάλα &c.

Quartam diem à fine menſis, & decimamquartam improbat haud dubiè, quia tũ oppoſitio, tũ interluuiũ lædunt corpora. Ideo dicit δυσκόρειν, quia cõſumunt animum. Qui laborãt colericis morbis ad poſtremã quartã magis languent, phlegmatici uerò contra. Et poſtremo illos dies in Luna uocãt colericos dies, q̃ concitent in corporib. ſiccos humores.

Ενλὲ τετάρτηι μηνὸς ἄπειδε &c.

In quarta die menſis ducẽda eſt uxor & obſeruanda auguria & dijudicanda. Eſt autem Metathe ſis in ἕρτματι nomine, quod à ἕζω uenit.

πέμπτας δ' ἀλεείνειν

Quintas monet eſſe fugiẽdas, uidelicet primã quintam, decimamquintam et uiceſimamquintã. De qua re cũ nulla ſit naturalis ratio, cõtenti eaſimus, quæ de religione eſt. Per id enim tempus obambulãt Furiæ, & expetunt pœnas à ſceleratis hominibus.

Μέσσηι δ' ἑβδομάτηι δαημότερος

Abſoluit præceptiones de dierum diſcriminibus, quæ uerò nunc ſequuntur ex quibus rationibus nata ſint, dixi paulò ante. Itaq; nunc monet poeta frumentum eſſe uentilandum non creſcẽte ſed decreſcente Luna, quia humor incommodus lædit frumẽtum, ariditas uerò prodeſt. Quare manifeſta ratio eſt ex uſu rerum, cur fruges à plenilunio iubeat uentilare, quia ſub id tempus excitantur uenti, &

aura

aura ſiccior eſt. Prodeſt autem importari frumen=
tum ſiccius, nam madidum ſtatim corrumpitur im=
portatum. Dictū eſt autem ſupra quòd Varro præ
cipiat aream fieri debere rotundam.

ὑλοτόμου τε τὰ μὲν θαλαμήϊα

Aliud præceptū, Faber ſecato ligna ad thalamū
media ſeptima. i. decreſcente luna. Diximus aūt ſu=
pra ex Plinio, quòd materia decreſcente luna cædē
da ſit, quòd illa firmior ſit, quæ uerò creſcēte cædi=
tur, ilico putreſcit. In quarta uidelicet die incipe
glutinare naues fragiles, quod rectius fit cum au=
ra eſt humidior.

εἰνὰς δ' ἢ μέσση ἐπιδρίελα ἔσ.

Nona dies media, id eſt, decimanona meridiana
melior dies, ſcilicet eſt. ἐπιδρίελα eſt aduerbium
pluralis numeri, ſicut πρῶτα. δρίελον crepuſcu=
lum uocāt, δελινὸς & δρίελος meridianus, &
meridianum tempus δελινὸν uocant.

πρωτίστη δ' εἰνὰς πάντ' ἀπήμων ἔσ.

Prima nona dies, ſcilicet à principio mēſis pror
ſus innocua eſt, propter ter geminum aſpectum, cū
ſol abeſt à ſignis. Hæc dies utrisq; gignendis accom
modata: Et nunquam prorſus mala dies eſt, uideli=
cet, ſi aliquid ea die facias quod conueniat.

παύροισ δ' αὖτ' ἴσασι ἔσ.

Pauci ſciũt uigeſimamnonam optimam menſis, et loquitur de biduo ante ἔνλυ καὶ νέαν. Eſt enim tum bona dies ad aperiendum dolium, item boues, mulos & equos aptare iugo. Ad hæc bona dies eſt demittere nauem in altum, quia ſub id tempus eſt tẽperatiſsima & tranquilla aura.

ἄρξασθαι πίθου) Græciſmus eſt pro aperire doliũ.

παῦροι δὲ τ' ἀληθέα κικλήσκουσιν

Id eſt, pauci certum ſciũt quæ dies præſtat, pauci rectè ſeruant hoc dierum diſcrimen.

Τετράδι δ' οἴγε πίθον

Media quarta, id eſt, decimaquarta dolium aperi, quòd hæc dies præomnibus ſacra ſit.

παῦροι δ' αὖτε μέτ' εἰκάδα &c.

Ἕκτη eſt, *nam ad dies referri debet, ut ſit ſenſus, Pauci poſt uigeſimam menſis optimam probant ſequentes dies. Iam & tempeſtatum & corporum maximæ mutationes fiũt principio poſtremæ quartæ, quod obſeruando poteris diſcere.*

Αἱ δὲ μετὰ ἡμέραι εἰσὶν &c.

Epilogus præceptorum eſt, Aliæ dies ſunt hominibus magna utilitas, aliæ ſunt ancipites.

μετάδουπον *enim ſonat promiſcuè. Eſt igitur diligenter conſyderandum quid religio præcipiat, deinde quid oriatur ex cauſis naturalibus, ut*

ſi

si Luna sit in signo illo quod dominatur membro alicui, id membrum naturali de causa uetant tangẽdum esse ferro, ita de reliquis sentiendum. Quod autem non ex uera religione neq; de certa causa naturali fit, illud superstitio est.

ἀκήεια οὔτι φέρουσαι

Politianus uidetur uertisse emortuos dies. Et Homer. somnia uocat ἀκήεια, *quasi dicas inania.*

ἄλλοθ' ἀλλοίῃ αἰνῇ

Hic uidemus Hesiod. non ubiq; secutum certationem, sed in plerisq; superstitionem & consuetudinem hominum.

ἄλλοτε μηδὲν ὄνειαρ ἡμέρη &c.

Miræ sunt uices rerum, & natura tam multiplici ter nos lædit quàm iuuat.

τάων δ' ἀλείμων τε καὶ ὀλβιος &c.

Bene ille habebit qui seruauerit quidem dierum discrimina. Adiecit tamen correctionem, quòd alijs alias probent ac laudent. Verum iste inculpabilis erit dijs, id est, ille non peccabit, qui suo quæq; die fecerit, & qui auguria, id est, signa & transgressiones obseruat, hoc est, qui non uiolabit ea quæ religiose & utiliter constituta sunt.

Nam Dij fauent ijs qui natura recte utuntur.

τέλος.

AB:44 6
h.12

X 2201046

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-116604-p0190-9

ΗΣΙΟΔΟΥ

ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ
ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕ-
ΡΑΙ.

HESIODI

OPERA ET DIES

VNA CVM DVABVS
PRAEFATIONIBVS AC LVCV
lentißimis Enarrationibus PHIL.
MELANCH. *iam recens*
conſcriptis.

FRANCOFORTI EX OFFICINA
Petri Brubachij Anno M. D. XLVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-116604-p0191-5